





POSTELLI
COSMOGR.
MAIRE
1636













SYSTON PARK.




Tortellius

Binding by Roger Payne

RP.





GUILLEL. POSTELLI

De

COSMOGRAPHICA DISCIPLINA

ET

Signorum cœlestium vera configuratione

LIBRI II.

Ex Museo


JOAN. BALESDENS

In principe Senatu Advocati.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ JOAN. MAIRE
clↄ Iↄ CXXXVI.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



Christianissimo

PRINCIPI,

DIVO FERDINANDO,

Rom. Bohem. &c. Regi, Duci Austr. &c. summa prudentia, bonitateque Imperatori, summa optatur fœlicitas.



X QVO *rerum æternarum studium, temporalium curis mihi anteferendum esse serio, relictis vitæ præsentis adminiculis duxi, Serenissime Princeps, duos meæ præsentis vitæ scopos mihi præfixi. Primum, ut toti orbi terrarum, sed ante omnia Latini Romanive regni alumnis redderem rationem earum rerum, quæ hactenus credendæ fuere: postea autem etiam intelligendæ sunt, & in Religionis toti generi humano clarissimæ, qualis sola Christiana est, unio-*

ne & consensu sunt habendæ. Alterum, ut illis Gentibus quæ sunt Latinæ huius aut Iapetinæ linguæ usu destitutæ, Arabicæ videlicet, atque Syriacæ, ipsius Christi propriæ, usu coactæ, hoc ipsum Rationis beneficium cum Euangelii per typographiæ artem multiplicati luce, etiam conferatur, in utrumque institutum comparavi certa & necessaria adminicula. Nam ad hoc ut primum fiat, Opus de Orbis terræ concordia pridem editum, cum variis appendicibus scriptorum, in lucem emisi: & tandem eo omnia reduxi, ut in uno Opere subuixo Ratione humana prius quam Divina authoritate, cuius utriusque supra septies mille loca testimoniorum allego & suppedito, cognoscatur, etiam penes Catholicos, nedum inter hæreticos, jam ante 1200 *annos Christi cognitionem plusquam solido triente periisse: in quam rem, postremo conatu Opus cui titulum*

feci

feci Christus, elaboravi. Vt autem fiat secundum, quatenus per meam summam paupertatem potui, maximam Arabicorum voluminum copiam comparavi, & in has nostri Latini orbis provincias attuli: quorum voluminum copiam maxime in novi Testamenti exemplaribus antiquissimis, meis in sarcinulis librariis habeo Venetiis: reliqui autem fuerant ante VI annos duci Bavariæ illustrissimo principi Otthohenrico ducentis aureis oppignerati, quos alioqui ne mille quidem iuste persolvi posse putem: credo autē post eius mortem tanquam summos thesauros, penes hæredes eius in summo precio & custodia haberi, licet non cognoscantur. Nam vel unus Abilphedeas princeps Cosmographus, vix sexcentis coronatis persolvatur. Inter cætera autem Damascenus in sua lingua propria Damascena Arabica ibi adest, pro reddenda ratione nostræ fidei toti Is-

maelitarum orbi: similiter & Pentateuchus antiquissimo volumine, & alia pleraque mea sollicitudine non indigna, in Bavaria sunt. Attuleram vero praeterea pro Syriacae linguae alumnorum Christianorum gente, in tota Semia ad extremum usq; Asia diffusa, ut eam ab Ismaelitarum tyrannide fere ubivis oppressam (eo quod, ubicunque possent, Euangelii in ea sanctissima Christi lingua scripti exemplaria rapuere & combussere, destruxeruntve) liberare, aut quovis modo iuvare & refrigerare valerem: attuleram inquam exemplar fidelissimum novi Testamenti. quam ad rem meo succurrens desiderio pridem etiam eiusdem linguae manifestandae studio incitatus Daniel Bombergus, curatore suarum rerum Iohanne Renialmo impẽsas suppeditaverat: à cuius conquirendi peregrinatione quũ vix rediissem, se statim mihi Venetiis obtulit Cassis ille sacerdosve

T. M notus, Moses Mesopotamius Syrus, vetustis exemplaribus instructus. cuius opera sum usus ad mei collationem, eo quod meum erat recentius scriptum: ubi tamen nil plane nec à Græcis exemplaribus, nec ab ipsis Syris inter se, est inventum differentiæ. Quum autem, postquam triennio aut supra, ut dicebat, Romæ fuisset in curanda editione typographica novi Testamenti, nec potuisset ab illis, qui colantes ibi culicem, glutirent mille camelos una, impetrare, ut tam pium & necessarium opus ederetur, quo totus posset Oriens reparari, aut saltem in fide retineri: & tandem rebus desperatis, reque infecta vellet in Syriam redire: ego una cum Renialmo illo Bombergi curatore fui illi author, ut non sic discederet re infecta. sed quum accepissem dudum fuisse in magna authoritate penes Ducem Bavariæ Ioh. Albertum Vuidmanstadium, cum quo

antea Romæ valde magnam amicitiam, ob insignia omnium literarum, maxime autem ob secretioris inter Hebræos doctrinæ mysteria, quibus præditus erat, contraxeram: venit mihi in mentem, ut ad illum (nec enim sciebam eius fortunas bello Germanico in Cæsarem fratrem tuum suscepto periisse) Mosem mitterem. Mirabilis vero Deus in operibus suis. Ecce commodum se offert Reginaldus Polus, Romanæ Ecclesiæ purpuratus Senator, qui è Germania iter in Angliam faciens, colligit suppeditatis necessariis ad illud iter ipsum Mosem. quumque is ad Danubii usque confinia venisset, audit Vuidmanstadium à tua Maiestate in Cancellariatus gradum fuisse accersitum & promotũ. Vt ad eum est profectus, statim una DD. Gienghero & Iona apud te huius rei satagentibus, Mosis, imo Christi in Moseh negocium fuisse ita apud tuam Maiestatem disposi-

tum,

tum, ex ipſius literis intellexi, ut nil aliud obſtaret, niſi typographiæ ordinandæ curatio, quin ſtatim res in ſuum finem duceretur. Admonueram enim, rogaveramque ipſum Moſem, quum illi literas illas ad Vuidmanſtetterum dederam, quarum fide & ſuaſione hominem agnovit, & opus ſuſcepit, ut ſtatim ad me ſcriberet, quem ſucceſſum rerum ſuarum ipſe inveniſſet: quod & fecit, ubi primum potuit, & expoſuit quonam in loco & æſtimatione penes Cancellarium nuper factum, ſed maxime penes MaieſtatemRegisRomanorum res eſſent, ita ut non niſi difficultate ordinandæ tantæ molis officinæ retinerentur. Hoc ubi audivi, nonpotui mihi temperare quin ſtatim, meo auxilio hoc negocium promoturus & curaturus, advolarem. Inſperantibus itaque & ipſo Cancellario & Moſeh, ut optime in Epiſtola qua tuæ Maieſtati opus Chriſtiani Euangelii (cur enim

Christianum per ἀντονομασίαν non dicam, quo Christus sua sacrosanctissima placita familiari maternaque lingua exponere voluit, & unde contra innumeros depravatores exemplarium & sententiarũ Christi summum veritatis remedium & testimonium fidele, tanquam ex ore ipsiusmet Christi profectum suppeditetur?) ipse Cancellarius inscripsit, notavit, statim adfui, non sine divinæ Providentiæ numine. Nam præterquam quod statim apud Gasparum sculptorem curavi rem ipsam pro utriusque linguæ apparatu (characteres enim Arabicos minusculos etiam ibi exculpi curavi, necdum Christianos fundi suis legibus feci) Deus bone quanta humanitate me excepit tua Maiestas? Vel unum hoc fidem fecerit, quod ubi vix tuæ Vniversitatis summis professoribus ex prisco studiorum usu 80 aureos numos in annuum salarium curares, mihi statim ab ipso ingres-

ſu 200 repræſentari ſtatuisti: non tam ideo, quod penes Regem Galliæ Franciſcum, bon. memo. eadem ſalaria, antequam pro Concordiæ orbis ſtudio & Peregrinationum neceſſariarum curis pro conquirendo Peregrinarum harum linguarum Euangelio neceſſario ſuſcipiendis illa reliquiſſem ſtipendia, tantundem docendi cauſa habebam: ſed quia à Cancellario ac'eperas, me vel longe maioribus eſſe retinendum, ut tam nobile opus ex Corona tibi Divinitus concredita Regno, cura & umbra procederet. Quid enim unquam poſſet fieri maius, quam ut à Romanorum Rege, (quo vocabulo longe ipſe es quam vel mille Imperatoris nominibus illuſtrior, quum ob veritatem & humilitatem: tum eo quod nongentis ferme annis antequam Regis Romanorum titulus ſub Chriſti authoritate naſceretur, divinitus à B. Methodio martyre fuit in hanc rem revelatus, ut Rex

Ro-

Romanorum Christi regnum ex Occidente in Orientem reducat, & super Calvariæ montem coronam illi redditurus ubique promoveat; quod utinam legitimis armis justitiæ, sicut Euangelii regno illuc jam remisso fecisti, tibi, ut facias, concedat Iesus) Euangelii lux votis & liberalitate comitata, in Orientem usque extremum refundatur? Adfui itaque, donec exornata fuit tua Typographia: sed statim, rogato prius Cancellario ut ducentos stipendii mei aureos curaret ex æquo à tua Maiestate saltem in finem usque Operis dividi in Mosem & typographum, paulo post coactus sum conscientiæ vi repetere Venetias. quibus vero de causis, in alia Epistola, quam statim tuæ Maiestati mittendam destinavi (postquam quadriennii, meæ conscientiæ legis Divinæ æqualis probandæ causa, molestias ultro & voluntarie susceptas, & aliquid supra absolvi) jam pridem

dem tradidi, expoſuique. Vnde nunc, ut T. M. ad reliquum Operis horter, hoc tam breve, ut brevius excogitari non poſſit, Compendium Coſmographiæ tibi, non ſolum ut habeas, ſed ut legere poſſis, inſcribo: ut in eo maxime videas, ex innumeris Chriſtianis toto in Oriente diſperſis, & nobis antea ignotis, quantam utilitatem per paucułas Typographiæ Euangelii Chriſtiani impenſas toti orbi terrarum reſtituendo Euangelium attuliſti, quum maxima pars illorum Chriſtianorum ipſa Christi lingua utatur. Quum enim ſolius typographiæ uſu videamus hodie cuiuſcunque generis doctrinas, opiniones, dogmata, quantumvis etiam peſſima aut vana, totum in orbem transfundi: dubium non eſt, quin illud ipſum per puriſſimam illam Euangelii lucem in lingua Redemptoris à te primo expoſitam facias, quod Satanæ factiones eadem typogra-

graphia duce faciunt. ita ut, ex quo mundus est creatus, nullus Rex fuerit te uno ob hanc rem fœlicior. At ut videas quam longa nobis via superſit, in Iſmaelitis etiam ſuæ ampliſſimæ linguæ uſu per Euangelii Arabici typographiam ad Chriſti regnum attrahendis, & quam etiam late pateat ſceleratum Chameſitarum Babyloniſque alumnorum regnum: in eodem Opere expoſui ſucceſſum rerum, quæ toto in orbe terrarum ſunt geſtæ: ita tamen, ut ex mea expoſitione aſſidua divinæ Dei & Domini N. Ieſu Chriſti cura & particularis providentia videatur, donec Chriſtianiſmo, non tantum duce Authoritate ſacra, (quæ facta eſt toti orbi, maxime autem noſtri ſæculi neſcio cui Chriſtianiſmo ſumma hypocriſi & tyrannide latente refertiſſimo, pluſquam ridicula) ſed maxime duce Ratione naturali, cuius ſolius illuminandæ & reſtituendæ gratia

Chri-

Christus & AD NOS & INTRA NOS advenit, munito & robora-o, non tantum intelligamus cre-lenda, sed etiam toti orbi terra-um rationem de ea quæ est in no-is fide reddamus. Essent autem in anc rem conquirendi & libri A-abici optimi, maxime Lexica am-lissima; quæ ob summam pauper-atem habere adhuc nequivi: & orum scripta, qui in Hispania et-am Arabice contra Ismaelitas ripsere: maxime autem, inter in-umeros captivos qui in Italia, Si-lia, Sardinia, aut Hispania ex smaelitarum gente retinentur, & nt jam vel Italicæ vel Hispanicæ nguæ periti (quales, si quis quæ-at, permultos inveniri non est du-ium, ut erat insignis ille Ioannes eo Afer) sunt in libertatem vo-ndi, & præmiis alliciendi, ut no-rates fideliter ipsam Semihebrai-m linguam Ismaelitarum do-ant. Si quid ego possem præstare

aut

aut in hac Syriaca, aut in Arabica, non recusarem, lubentissimeque etiam mendicando victum, nedum cum stipendiis in hanc rem collatis docerem. At revera nil scio in utravis lingua: sed tamen, quod ille aiebat,

---- Fungor vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.

Qualecunque autem est quod sum aut possum, toti Reipub. Christianæ, maxime vero tibi uni virtutis ergo, Regiæ autem Maiestati tuæ tanquam primario Regni Christi ministro, in amplificationem ipsius Regni Iesu Christi dicatum & consecratum cupio, voloque. Vale Princeps Deo per omnia obligatissime: & quod felicissime meæ procurationis occasione cœpisti, perge certam vocationem tuam faciendo diligenter exequi. Vocationes enim constant revera non ex nomine, sed ex opere

ostendit non solum qui negaverat patri operas filius, sed & Moses, ob minimam cessationem à sua vocatione, ne populum Dei intra terram sanctam introduceret, reprobatus. Et admiranda, miraculosaque etiam priusquam conciperetur Regis Francisci praenunciata à. B. Francisco de Paula vocatio ad Regnum, tribus gradibus tum ab ea familia distans (ut aliquando in eius vita expositum reddam) clarissime ostendit, totique orbi terrarum testificatum reddit, quam frustra de fide & vocatione quantumvis maxima sibi plaudat, quisquis operibus vocatione dignis certam suam vocationem facere non satagit. Iterum vale. Ex nostra Civitatis loco ad 30. *grad. long. &* 48. $\frac{1}{2}$ *latitud const. anno à Salute mundi* 1561: *sed à coaequatione legis nostra cum lege scripta, qua fuit* 1547, *anno* 14: *à mundo autem condito, post tem-*

pus 1656, & tempora 1547, & 1561, & dimidium temporis primi 800, annorum 5564, sexto videlicet millenario pro sexta creationis die secundum creationis Adami tempus currente, ut politicus universalisque nunc fiat homo, sicut unicus & personalis tunc factus est: cuius ut juridicum & verum es, ita reale & actu in universo receptum Caput sis, & habearis, Deum Opt. Max. oro.

T. M. obsequentissimus servus
GUIL. POSTELLUS.

GUIL. POSTELLI COSMOGRAPHIA.

CAP. I.

Universi orbis Terræ Divisio.

TERRENI orbis, virtute extra naturalem elementorum positionem agente, facies aperta, medioque ex aquæ globo educta, priscis quidem sæculis in tres partes dividi solebat. Nunc autem & quarta inventa, in subiecto nostræ habitationi Hemisphærio, circumscriptione quidem amplissima, quamvis nulla adhuc certa interiorum descriptione sit exposita. Quinta vero etiam, & ipsa maxima, ad Australem polum pertinens, non nisi certa unius sui littoris fide se ostendit: sed tamen quæ sensibili argumento, quamvis nondum

innotuit, permaxima etiam oſtenditur. Sic, ut præter hæc quatuor elementa, Quintum corpus, illis ſuperius, ſua quinta, ſibi videlicet per comparationem appoſita, figura polygonia, & intra ſphæram ſicut & extra collocabil, detur intra Cœlum: ſic & quinquifidam terrei orbis faciem Deus voluit diſtingui. Primam nobiliſſimamque omnium fabuloſæ memoriæ Aſiam, ſed vere Semiam, à Semo primo poſſeſſore vocare debent. Magnitudine ſequenti, licet nobilitate inferiori Aſiæ, vocabulum fabuloſum Aphricæ, quum nuncupatione certa à ChameſeChameſia dici debuiſſet, accepit. Iapetus, quem ſacra vera Iaphetum ſive Iephetum dicunt, juſtius ſuę parti, ut in noſtro orbe inter tres minimæ, ita monumentis nulli omnino inferiori, nomen Iapetiæ dare aut reddere debet, quam

à ne-

à nefarii nebulonis cum vacca congreſſu fabuloſam Europæ nomenclaturam illi permittere. Quartæ parti hactenus Latinis memoriis incognitæ, licet alii Novi mundi, alii Indiæ occiduç, alii à variis inventoribus dedere nomen: tamen Atlantidis ex Platone, & ex altero Iapeti noſtri patris, qui Atlus, Attalus & Atlas, uti & aliis multis nominibus, dictus eſt (ut in Diſpunctionum Coſmographicarum opere traditur) longe juſtius nomen imponendum vel reſtituendum eſt. Quum autem Auſtralis innotuerit portio, quæ & totum mare pacificum obtegit, & à ſuppolari motu defendit, illi nomen Chaſdiah dabitur: ut in Diſpunctionibus, cur ita dici debeat, oſtendetur.

CAP. II.

In quam Universi plagam maxima harum terræ mediis ex aquis elatæ partium vergat portio.

EXceptione brevissime tradetur, quod pręter Australi polo subiectam aut proximam, & præter Chamesiæ & Atlantidis australis iuga sese respicientia, quæ ultra æquatorem prominent, hæc quidem ad 54. gradum, ubi est Martini Bohemi fretum, à Magaglianesio Lusitano alias nuncupatum, illa autem ad 35. ubi est Bonæ spei promontorium, tota terreni orbis facies continuo fere, præter duas maris rupturas, tractu, ab ortu in occasum, & contra AD AQUILONAREM mundi partem est elevata. Qua vero ratione, est in Dispunctionum opere traditum,

tum, ſed etiam in opuſculo de Paradiſi terreſtris loco. Elevatam dico, quia non eſt dubium, quin ordine cœlorum omnino concentricorum, & ratione elementorum undique ante ſeſe, inſtar obvolventium involucrorum quæ in cæpis ſunt, terra omnino ordine naturæ, & gravium leviumque nutu & pondere, undique aquea ſphæra ex æquo tegebatur, plus quam 30. cubitorũ altitudine: ne quid gravius ex proportione quantitatis elementorum adinvicem addam. Unde adhuc fere in toto orbe terrarum, montium fracturæ ſibi mutuo, ubi flumina & torrentes tranſeunt, oppoſitæ, oſtendunt, quomodo in loco anguſtiori iuxta centrum erant contiguę, atque una coniunctæ antequam ita ſupernaturaliter attolli contingeret, ut fieret latior, magis à centro diſtans ſuperfi-

cies: quæ tamen venarum in ſaxis ſimilitudine, eam quæ olim erat coniunctionis uniformitatem oſtenderent ſemper.

CAP. III.

Quibus limitibus univerſitatis terræ partes ſeparentur.

MAri noſtro, quod mediterraneum, eo quod inter Aſiam, Aphricam & Europam (ut fabuloſis adhuc tantillum utar) influit, dicitur, dividi Chameſis & Iapeti partes, & demum etiam inter Semiam Iapetiamque interfluxu eius ſeparationem poni, iam notius eſt, quam ut debeat repeti. Complent diviſionem duæ lineæ. Vna ad Semiæ Iapetiæque fines, ducta à mari ſeptentrionali, ad Tanais in noſtrum mare effluentis fontes. Alia ab ultimo verſus ortum Nili oſtio, ad intimum ſinus Arabici

quod Rubrum mare vocant, littus protensa, per centena passuum millia. Quantum autem summa indagine perscrutari potui, ex ipsius Semiæ Asiæve finibus septentrionalibus procedit (ut navigatione Anglicana anno 1555 relatum est: quod tamen ob Indos ex Aquilonari littore regi Sueviæ datos, non possum probare) peninsula, quæ per Gronlandiam & suppolares regiones in Atlantidem usque Aquilonarem devenit. Ut hoc tanquam parum adhuc compertum, de coniunctione Asiæ Semiæve & Atlantidis omittatur, constat has quatuor universi partes claudi undique mari. De Chasdiah, insulam esse, quacunque forma sit, dubium non est. Ego quidem ob 600 leucarum, seu 2400 millium passuum littus, quo fere sub æquatore inter Moluccas & Cattigara sive Peru sunt, & ob

terras amplas quæ ad occasū Peru sive Australis Atlantidis eregi-




one Basilææ occiduæ, quæ in medio fere illo littore est, conquiruntur ab Hispanis, eo quod ibi esse sunt dictę ab Atlanticis, iudico figura esse collo crassiore & oblongo lagenę.

CAP. IV.


Quas potissimum figuras repræsentent quatuor nota partes.

QVia rerum similitudines maxime confirmant scientiam & apprehensiones nostras, videtur commodum, ut sicut quidam varias orbis partes variis expressere figuris, ut folio platani Peloponneson, tibiæ mortui hominis Italiam, corio bubulo Strabo scribit similem esse Hispa-

ſpaniam: ſic & has quatuor orbis terræ partes exprimam. Memini me omnino non inepte, ut puto, in ſecundo Diſpunctionum comparaſſe utramque Atlantici orbis



peninſulam, ob communem utrique parti Iſthmum, ipſis piſcium pulmonibus carentium membranis, quum adhuc ſuo vento intumeſcunt. Cæterum ſi eſſet univerſo orbi, ut mihi multiſque, nota forma illius orna-




menti quo Dux Venetiarum utitur

ut in capite: plane Chamesiæ Aphricęve quandam referret similitudinem. Sed longe communius est, ut monti edito, & medio tractu versus Occasum inciso comparetur. Christianus Vuechelus aliquando, nescio quo authore, Iapetię formam typis ita expresserat, in gratiam Caroli v. Imperat. ut esset instar fœminęca pite inclinato, diadema Imperatoriũ gestantis: ita ut caput Hispania, sinister humerus Gallia, pectus Germania, sinistra manus DANEMARKIA, dextrum brachium Italia: cętera quę Turcis aut Moscovitis subsunt, adisimos pedes suis longis vestibus



stibus

tibus obtectos pertinerent: non omnino inepta (modo adulatio-nem tollas) inventione. Sic opti-me ingenii largitor venter, vel famę vel cibi cupidus, excogitat.



i ad concordiam Christianis-mi, vel ad verissimam Iapeti iu-
risdi-

risdictionem referas, bene erit. Asia, Semiave vix habet cum quo comparari memoriæ causa possit aptius, quam cum maximi lacerti vel crocodili pelle, decurtata aliquantum cauda. Nam capitis collique eam partem quæ in nostrum prominet mare, referet: cauda, Cataiani regni & Chinæ partes: pedum vero cutis (si eversa sit) in dextra parte anterior, Malavarorum, posterior Malacchæ, promontorium. Sinister autem paulo anterius detortus, peninsulam post Moscovitas procurrentem: posterior, eam partem quæ opposita Malacchæ, juxta Bargu desertum maxime, versus Aquilones tendit. Sed de his satis.

CAP. V.

De terræ divisione secundum cœli partes quibus subest.

QUoniam semper cœli dimidium videri potest, & dimidium abscondi: & dividit partem visam à non visa, circulus unus qui Horizon dicitur, super quẽ sol eminens diem, & sub quo pergens noctem facit: ideo, licet nunquam de terræ & aquæ globo possit videri dimidium, sicut & cœli, tamen etiam in duo Hemisphæria dividitur: ita ut, quot sunt puncta in cœlo, aut super terram, possint esse tot Hemisphæria, & tot Horizontes. Horizon autem primus & nobilissimus est, qui transit per polos mundi, & per fines orientis & occidentis, continens in se gradus 180 sursum, & 180 deorsum. & ideo Rectus dicitur. Obliquissimus

ſimus autem eſt, qui eſt tranſverſus omnibus Meridianis: & convenit cum Æquatore, ita ut punctus verticalis cum puncto mundialis poli conveniat. Poſſunt itaque eſſe 90 Horizontes, & 90 Hemiſphæriorum ſingulis gradibus ab invicem diſtantium differentiæ, ab æquatore ad polos, & ab ortu in occaſum 180. & tanto pauciores, quanto pluribus abinvicem gradibus diſtabunt. Similiter in duo alia Hemiſphæria, anterius ad ortum, poſterius ad occaſum, cœlo aſcendente, & eodem dimidio altero deſcendente dividitur. Meridianus circulus per polos mundi & per verticem tranſiens, limes utriuſque eſt: ad quem quum venit ſol ſurſum, meridiem: deorſum autem, medinoctium facit. Poſſunt itidem horum eſſe 180 differentiæ: ſed commodius eſt ut 12 binis horis

diffe-

differendo, aut 24 ſingulis ſive
15. gradibus, aut 36 binis trien-
tibus horarum, aut 48 dimidia-
tis horis conſtituantur. Nam &
ſecundum graduum longitudi-
nis numeros, & ſecundum ho-
rarum partes poſſunt diſtingui.
Alia duo Hemiſphæria dividun-
tur ſecundum Æquatorem, ita
ut ob terræ faciem ad Aquilo-
nes fere omnino elevatam, poſ-
ſimus revera & abſolute dicere
ſuperius hemiſphærion, cuius
polus Aquilonaris eſt vertex, &
contra ad alterum. Nam Coſ-
mographi omnes neſcivere cur
ita ſcripſerint: tamen SUPRA
ſive ſuperiorem mundi partem
comparando ad alias magis Au-
ſtrales, dixere Aquilonarem,
quod vel ex maris ſuperi & inferi
Italiam ambientis nominibus
abunde probes. Nam montes
ὑπερβόρεοι alioqui, eoquod ibi,
maxime ad Suueta Gemla, mon-
C tem

tem totius mundi altiſſimum, et vi terrenæ elevationis ad Aquilones factæ etiam altiſſimi & fortiſſimi omnium ventorum impulſum flatumque ſuperant fidem & SUPER facere ſatis ratione etymi videntur. Diſpunctiones dant rationem.

CAP. VI.

De diviſione ſecundum zonas.

TErmini trium differentiarum quæ in diebus anni videntur, revoluti cum primo mobili, & ab occiduo ſeptem Planetarum motu oblique à Libvento verſus Aquilones, aut contra procedente ſignati, faciunt, ut ſint quinque in Sphera circuli ſignati. Vbi fiunt maximi dies, unus eſt circulus, qui ſolſtitialis eſt, ſive tropicus æſtivus: ubi minimi, oppoſitus eſt qui brumalis ſeu Tropicus hye-

mali

nalis dicitur. inter quos medius
Æquator ſtatuitur. Declinant hi
duo tropici ab Æquatore 23. gra-
dibus & $\frac{1}{2}$, quantum videlicet
obliquat ab Æquatore zodiacus,
12. ſignis ſemper æqualibus, ſic-
ut Aequator 12. menſibus inæ-
qualibus diviſus. Vnde contin-
git, ut poli zodiaci à polis mun-
di tantundem diſtent, videlicet
23 $\frac{1}{2}$ grad. Quare horum polo-
rum Zodiaci circa polos mundi
revolutio, facit duos circulos,
intra quos verſus polos mundi
fiunt duę cœli partes, quas anti-
qui male & inepte zonas vocant,
quum pileos potius, aut aliquid
ſimile dicere debuiſſent. Dice-
bant itaque eſſe quinque zonas:
unam ob calores, mediam vide-
licet, extremas ob frigus inha-
bitabiles. Duas ſolummodo
temperatas, noſtram, illique op-
poſitam. Licet autem contingat

terræ partibus, polo alterutro, & pileo (ut dixi) ſuppoſitis, dari diem ſex menſium, & noctem totidem: illic tamen eſt maxima hominum habitatio, ita ut ſit neceſſe altiſſimis montibus, quæ ſub alterutro polo eſſent, æternam eſſe diem. Media eſt in ſui medio habitationibus fœliciſſima. Dico in medio, ab imo ſurſum. Nam in ea montes quo ſunt altiores, eo ſunt frigidiores, nivibuſque æternis magis tecti. Humilia loca æſtu ardent, atque ægre niſi ab aſſuetis habitantur. Media, quæ in collibus ſunt, omnino tẽperatiſſima regione ſunt, & in hoc temperatiſſimæ parti noſtræ habitabili ſuperiora: quod & ea omnia plantarum & animalium quæ apud nos ſunt genera alunt, & ſuæ præterea conſtitutioni apta, uti aromata, alere poſſunt. In noſtri itaque hemiſphærii Aquilonaris zona eſt

est fere tota habitabilis terræ portio. In altera autem, præter duo illa iuga, Atlantidis videlicet atque Chamesiæ, etsi quid præterea de lagenæ Australis collo ad eam pertinet, nil plane habitationis est. Zona quæ torrida dicebatur, quæque nunc longe aptius rorida diceretur, continet ea omnia in meridiano Semiæ littore, in Chamesia etiam, quamvis alias arenosa, & in Atlantide, quæ aromatum, gemmarum & metallorum auri argentique præcipuas opes continent.

CAP. VII.

De Semiæ sive Asiæ circumscriptione, & generali ambitu.

SEmia, ut est nostro mari proxima, & Iapetiæ cohærens, finem habet secundum lineam rectam versus polum, ad Dvvinę

fluminis ostia, à lacu unde Tanais originem ducit protractam: postea ripis amnis similis sinu statim paludem excipit Mæotida, ad cuius fauces remittit peninsulam Corocondameam, Tauricæ Chersoneso oppositam, fretoque emittentis suas aquas lacus, per vix mille passus disiuncta, facit Bosphorum Cymbrium seu Cymerium. Patenti inde maris Pontici sinu erosa, postea inter hunc intimum & Issicum, terra veluti perditæ in mari quantitatis compensationem remittit prominentem eam partem, quam ab Amano monte in intimo Issico sinu terminato, Iosephus ait una cum sua Iapetia cessisse Iapeto, & quæ Asiæ proprie nomine olim dicebatur. Hinc ab Issico sinu in Liba procedens, attingit Nili oriẽtale ostium, & secundum lineã ad rubri Suppheive aut caricosi maris littus,

tus, emittit, inter ſinum Arabi-
cum & Perſicum, Arabiæ penin-
ſulam, utriuſque ſinus veluti
clauſis oſtiis à ſingulis inſulis,
hic à Bebel mandela, ibi ab Hor-
muzia inſula. Poſt acceptum ſi-
num Perſicum recta in ortum
uſque ad Indi fluminis oſtia per-
git, ubi circa Goæ vicina littora
rurſus quaſi verſus Euronotum
excurrens, fere ad Æquatorem
pervenit. Magno inde ſinu ad
Gangem fluvium inflexa, littore
Malavarorum verſus Aquilones
tendente, & demum quaſi ſemi-
circuli formam faciente, aſſur-
git rurſus verſus Auſtrum adMa-
laccham. Unde flexo rurſus lit-
tore ad Aquilonem primo, mox
& Euroaquilonem, niſi ubi ſinus
permodicus iuxta regnum Si-
narum littus emittit, paulo au-
ſtralius tandem finem eodem
Euroaquilone verſus ortum
mundi facit. Rurſus hinc in Cau-

ros reflexa, quasi medio inter occasum Aquilonemque cursu, nisi qua aut valde fere usque ad suppolarem partem, aut etiam suppolari regioni Gronlandiæ contigua, sinum ad Obym fluvium lacumque Catainum faciens, finem ubi inceperat facit, ad fluminis Dvvinæ ostia.

CAP. VIII.

De Chamesiæ Aphricæve ambitu & figura.

AB illis freti nostri maris angustiis, quibus in oceanum suas aquas assidue exonerat, nũquam admittit (ratio autem in Dispunctionum libris exposita est) Chamesiæ pars secundum Oceani maris littus, sensim ad occasum intumescente solo, procedit: donec ubi intumuerit versus occasum fere media, quum ad 4. gradum citra æquatorem ac-

accessit recto fere tramite, ad dimidiam usque sui longitudinem inflectitur: & demum versus Eu-ronotum usque ad extrema iuga assurgens, ubi Spei bonæ promontorium est, rursus versus aquilones ad ostia usque sinus Arabici procedit. quo interius admisso, ubi ad occasum aliquantum acceptando obvertitur, rursus secundo maris Rubri littore ad lineæ usque illius quæ illam à Semia seiungit, terminum extenditur. Inde recto ad occasum cursu, nisi ubi illam una & altera Syrtis incurvat, quousque ad fretum ubi incepimus pertingat, devenit.

CAP. IX.

Iapetiæ sive Europæ circumscriptio.

AB Herculis freto littus olim vix 10. millibus passuum,

nunc 18. millia à Chameſiano ſeiunctum, ipſius Iapetiæ circumſcriptionem facit, tribuſque maximis in hoc latere abrodi ſe permittit ſinibus, Gallico, Hadriatico, Ægæo. Inter Gallicum (cuius pars eſt Tyrrhenum) & inferum procurrit Italia. Superum Hadriaticumve ab Ægæo Græcia ſeiungit. Hinc in Helleſponto tam fit Semiæ vicina ad Seſti & Abydi olim, nunc Dardanellorum arces, ut minus mille paſſibus pateat: rurſus modicè ad Propontidem flexa, ferè in Thracio Boſphoro coniungitur. Sequenti littore accepto ad Danubii oſtia mari pontico, ſinu anguſto poſt Tauricam Cherſoneſum immiſſo, amplexa peninſula, Mæotidem recipit: atque littore poſtea in ripam ad Tanain mutato, ſecundum lineam à Semia ſeiungentem, ad ſeptentrionale pelagus polari regioni

proxi-

proximum, sin in orientalem facit. Hinc versus occasum reflexa, vario anfractuosoque ambitu maximam illam gentium vaginam, peninsulam Schondianam complexa, redit fere adusque lineæ fines: unde regressa, littore arcuato inter Notum & Libanotum tendente, postea occasum petit: & nisi DANIMARCKIA obstaret, recto ad Gallias usque tractu pertingeret. Galliæ externo littore transmisso in occasum, recta in Austrum fertur, ad intimum usque sinum Cantabricum: quo littus acceptum rursus, sed rectius quam proximo tractu (hic enim recta in occasum, ibi autem in Liba fere tendebatur) ad occasum fertur, ad finem usque terræ, ut Hispani vocant. Unde rursus recto ad austrum cursu, nisi qua Promontorium sacrum ante Gadiræ insulæ flexum incurvat,

procederet, factura loco ubi incœperat suæ περιγραφῆς finem.

CAP. X.

Atlantidis circuitus.

UT ab occiduo fine etiam hic procedatur, ibi nondum alioqui satis ulterius cogniti, latens faciemus exordium, ubi Australi mari ad 40. gradum Aquilonaris latitudinis protensum est littus. Recta enim inde in Euronotum tendens, & medio in cursu, sinum Cortesii sive rubri aut vermiculari colore maris versus Totonteacum fluvium accipit, & sic usque ad Panama civitatem, ubi Isthmus minus 20. leucis Hispanicis patens, ab Oceano nostrate ad illum separat, continua est. Hinc littore variis sinibus paulisper ad Notum & Libanotum protenso, rursus in Euronotum, sed quadrante

drante magis ad Notũ inclinato usque ad fretum, Chasdiam ab ipsa separante, & oblongo, ab occasu videlicet in ortum procedente tractu, pervenitur. Hinc ad Aquilones reflexo cursu, ab his 54. gradibus Australibus usque ad 8. eiusdem poli gradus recta fere procedit. Post promontorium vero illud quod Chamesiæ proximum est, converso ad Cauros sive ad Magistralem ventum latere, recta usque ad Nombre de Dios urbem in nostro littore ad summas Isthmi angustias eregione Panamæ sitam conducta, sensim ad Aquilones polaremve regionem vergit, quo ad iuxta Iucatanæ Isthmum attingat. Oriente vero repetito pro peninsulæ Iucatanæ ambitu, ita ab hac extrema usque ad oppositam sibi eregione linguam potius quam peninsulam, ut adhuc creditur, re-
gionis

regionis Floridę (ut applicato ad ſuam Hiſpanicam linguam accentu vocant Hiſpani Tubalei) ſit curvum littus, ut pluſquam ſemicirculi circumferentiam referat. A Flórida ad Britonum promontorium recta in Euroaquilonem tractus procedit: & hinc uſque ad littus Gronlandiæ pertingens, obſcura cætera tam ex Aſiæ Semiæve parte, quam ex Gronlandiæ continenti relinquit. Menſuræ autem huius circumſcriptionis ſunt in ſecundo Diſpunctionum libro diligenter traditæ, una cum rebus revera plane admirandis, quæ iam in hac utraque Atlantidis parte inventæ ſunt.

De illa vero parte quam Chaſdiam debere dici ſupra notavi nil adhuc poteſt referri: niſi quis ex eo quod Mauros homines & nigerrimos habeat, inſtar Chameſiæ (in qua ex Chuſo filii

Chame

Chamesis, alioqui albi, ex coniuge alba procreato, & non loco, sed scelere patris sic infecto, sunt nati Æthiopes) dicat esse orientalem Æthiopiam, cuius ex Homero meminit Strabo. Nam in ea littoris parte quæ est reperta, sunt visi summa nigredine homines, quales in sola Chamesia sunt.

CAP. XI.

Primorum orbis totius habitatorum origines.

QUamvis nemo sic hactenus ex omnibus Cosmographis curavit tradere origines primorum habitatorum, sed omnes aut fabulosa quædam Græcæ vanitatis somnia in quosdam deos, qui nunquam, aut pessimi nebulones fuere, retulerint habitationum primordia, aut oblatos populos sine ulla origine recita-

citarunt: tamen quia & temporum ſimul & loci rationem opus eſt à vero Coſmographo repetere, neceſſe iudico, ut vera primorum habitatorum origo ante omnia tradatur. Quotquot itaque mutationes Regnorum, ſtatuum, gentium, & rerum in toto orbe fuerint, neceſſe eſt ut ex unius Noachi domo, ex Syria circa Libanum montem habitantis, & in arcam re ipſa vera lignis cedrinis aut ægre corruptibilibus factam, cum ſua familia ſeptenis ad ipſum octavum perſonis conſtante, introducti: & poſt Diluvium revera univerſale in ſeptentrionalibus Aſſyriæ qua Armeniam contingit, finibus relicta in Carduchorum montibus arca, egreſſi, totius orbis terræ habitatores prodierint, ita ut ſint unius trium eius filiorum filii: aut ſi (ut aliqui volunt) poſt Diluvium, alios præ-
te

er tres in sacris expressos ge-
uerit, ut de Thuiscone Germa-
orum parente & aliis vult Be-
osus: fieri non potest quin per
uemcunque filium eius sint ex
o prognati, quotquot faciem
erræ ubivis inhabitant. Iose-
hus in hac re omni exceptione
aior testis, cui omnes sacrorum
bri penes Christianos, Iudæos,
maelitas & Chaldæos (vel uno
eroso teste) consentiunt, tra-
it, eam terræ partem quam fa-
ulæ Asiam dixere, fuisse ipsi Se-
o, qui & Melchisedek dictus
t, ordine patris concessam: sed
a, ut Iapeto jus esset ad ean-
em possidendam. Huic autem
peto ea pars, quam fabulæ
ræcæ Europam vocarunt, una
um ea Asiæ parte quæ ab Ama-
o monte procurrit in occasum.
hamesi autem, sive Chamo,
ius nomen calidum sonat, ces-
ea pars quam Aphricam Græ-

ci (ut antiquissimas in suis literis memorias habere viderentur primosque in toto orbe possessores posuisse suorum nominum aut religiosarum fabularum argumento putarentur) vocavere asservata primi huius possessoris significatione. Nam ἀφρίκη rei vera calidam, vel saltem sine frigoris rigore regionem notat. Quum autem constet totum habitationis terrenę orbem ex Noachi Ianive institutione, fuisse duobus tantum filiis probis, Iapeto & Semo concessam: quia ipse Chameses fuit à patre tacite excommunicatus, & saltem in sua quarta generatione maledictus, & non solum fratrum suorum, sed & servorum illorum servus constitutus: opus est, servitutis jure IPSE SERVUS DOMINUS, ut & non sibi acquisivisse videatur, quicquid to-

s 3700 annis ad nos usque à Di-

luvi-

[fl]uvio exactis per se vel per suos [a]cquisivisse probatus fuerit. Hic [i]taque finis & scopus huius Cosmographici compendii est, ut [c]larissimè per Regnorum celebriorum loca, variis alterationibus mutationibusque concussa & eversa, demonstretur particularis Providentiæ Dei actus [t]oto in orbe, ad hoc intentus, ut [q]uicquid Regnorum, potentiarum, statuum & memoriarum [f]uerit ab his maleficis Saturni [C]hamesisve alumnis institutum, [i]llud omnino mediante æterno [D]omini & moderatoris omnium Christi Pontificatu & Regno ita destrui videatur, ut cedat in Iaperi & Semi alumnos, [d]uce suprema Auctoritate & Ratione mundi in vera Religione [&] vera Politia fretos. Sed quia [c]ompendium non plura patitur, [a]d Dispunctionum tractationem cætera remittentur.

CAP. XII.

De Chamesis, & filiorum nepotumque in terræ possessionibus eligendis astutissimorum occupatione, & quas provincias sibi elegerint.

QUoniam æquum est, ut servi dominis pareant & acquirant commoda, sicut forma & perfectio educitur de corruptibilis materiæ potentia, & de rudimentis imperfectis: ideo ante alios duos fratres nobiles tradere visum est, quid aut proprium, aut ex perversa occupatione Chamesitana isthæc prosapia habuerit. Chamesia ab hoc impio & nefario gigante loco Aphricæ nominanda, circumscriptionem habet, ut supra posui. Usu autem vulgato Cosmographorum, versus mare nostrum habet Mauritanias duas, quæ cum Æthio-

piæ voce per Gręcam furtivamque etymologiam Chuſſi, id eſt nigri, filii primogeniti Chameſis ſignificationem ſervant. Numidia eſt à re paſtoricia, quam etiam quoſdam ſuorum docuiſſe credibile eſt, ut non minus quam Semii vel Iapetii, qui rei pecuariæ primam operam dabant, juſti viderentur perditi filii. De Aphrica propriè ex generali nominis ratione conſtat. Sequenti in ordine erat Cyrenaica, juxta Ægyptum. Sed expoſitis filiorum nominibus & eorum ſucceſſione, clarius omnia videbuntur. Primogenitus eius Chus nigro colore ex albis, ut jam dixi, parentibus, ſummo certè aliquo Divinæ vindictæ ſigno ſic ob parentis ſcelus tinctus. Secundus Mitzraim, qui Ægypto hoc nomen hactenus ibi aſſervatum dedit. Phuth tertius eſt, à quo Phutei fluminis ad Maurita-

niam Tingitanam accolæ, Phutei. Canaan quartogenitus, cumulum maledictionis habebat: & ideo non in Chamesia, sed in primi juris primę influentiæ & primæ benedictionis mundi solo in Semia posuit sedem, in terra sancta videlicet. Unde demonstrandæ penes Noahum, veræ in exheredando hoc nebulone prophetiæ gratia, Deus post Melchisedek ibi collocata sede confirmatum, eo Abrahamum cum suo semine vocavit. Chussi nigri Æthiopis filii: Saba, unde regnum Reginæ famosæ. Chavilah secundus filius, occiduis nigris, qui Getuli alias, quasi Chevuli dicti sunt, Iosepho teste, dedit nomen. Sabbatha, Regma, & Sabthaca, sunt in Arabia populi, ubi item nigerrimi fuere propagati: sed Ismaelitis adiuncti, longe quam ante nigriores. Chussi autem huius nigri Æthiopis,

is, omnium pessimus filius Nemrodus fuit, in loco tota in emia post terram sanctam præ-antissimo, & unde Abrahami processit corpus, Monarchiæ Sa-anæ & Babylonicæ fundator: unde hactenus præcipui Ecclesię oppugnatores processere. Prin-ipium ea de re eius regni Baby-on dicitur: unde, quia hæc Mo-narchia Babylonica secundum statuæ à Daniele intellectæ & ex-plicatæ tenorem, tribus ad au-eum caput additis metallis con-stabat, pręter fictiles pedes, tres civitates sunt illi quartæ additæ, ut quatuor repullulationes ma-orum in hac terra שנער Sinear intelligantur, huic primæ po-tentiæ adnexæ, nempe Media, Græcia, Roma, ubi consumma-ta est Babylon. Dicunt autem linguæ sanctę periti, Sinnear di-ctam fuisse basin huius regni Ba-bylonici כי שם נבערו נערים Quia

ibi excitati ſunt, qui diſciplina egent, pueri. De filiis autem filiorum (præter 10. Cananæos qui erant deſtruendi à fidelibus) nil eſt dicendum: quia quas poſſeſſiones aut ubi illas habuerint, præter Lydos, Cappadoces & Libyes, qui ex Mitzraimo Ægyptio ſunt nati, non eſt notum.

CAP. XIII.

De Iapeti, eiusque poſterorum poſſeſſionibus, & populis ab eo fundatis.

NOn eſt quod repetatur, eam partem terræ, quam fabulæ Europam dixere, Iapetiã debere dici, ob primum illum Iapetum non tantum illius, ſed univerſi orbis principem inſtitutum. Sed videndum eſt, quinam populi ſint primogeniti mundi, quod ad temporalia dominia attinet: & qui ſecundi, qui item tertii,

tii, &c. uti de exhæredando Chameſe dictum eſt. Gomer primogenitus Gumbros in Italia, qui ſuppreſſa G litera poſtea Umbri nuncupati ſunt: & poſtea Gymros, ſive Cymbros & Cymerios, Scythaſque omnes edidit, qui poſtea Germanorum nomine interpoſita litera, vel potius ſuo loco mota (uti ex gravi voce corn pro cron proferunt) ſunt appellati. Sed ante alios, teſtibus omni exceptione maioribus in hac re Ioſepho & Beroſo, adſtipulantibuſque Solino, Catone, Bocho Mauro, & Marco Antonio, Gomeritæ Galli ſive Galathæ, ex Noachi Ianive inſtitutione debuere vocari: hoc eſt, avito & iam in arca inſtituto ob fluctuum Diluvii memoriam vocabulo, ita ut ipſi antiquiſſimi Iapetiæ in Italia habitatores Umbri, ſint Gallorum propago: & ut Ianus ſit ſcriptus à Catone in

Originibus advenisse ex Armenia Scythica Saga in Italiam, una cum Gallis Umbrorum progenitoribus, qui Germanorum ea de re fratres sunt, sed ordine dignitateque miraculi fluctuarii sunt primi, & natu maiores. Nam à Gal, quod diluvii fluctum sonat, Galli sunt nuncupati: ut conservarent soli pro toto mundo tanti miraculi nunquam obliterandam memoriam, quæ alioqui ad universos orbis habitatores pertinet. Gemrani autem, sunt à Gomri nomine proprio dicti. Religiosa itaque promotio istius cognitionis & primogenituræ, ad Gallos: temporalis autem, & personalis, ad Gomranos, ex proprio patris vocabulo pertinet. Magog dedit ortum Scythis Arsarethicæ terræ, in Aquilonari Semiæ angulo constitutis, & ad hanc diem cum avo sub oriẽtali Umchani sive Pretijani poten-

centia nomen hoc in ea provin-
cia ſervantibus penes ſuos indi-
genas; & ea de re Iſraelitarum à
ſua provincia ſancta profligato-
rum ſapientiſſimi, in ipſo ſecun-
dogenitorum Iapeti angulo Ar-
ſarethico ſedem elegêre. Inde
enim Scytharum præſtantiſſimi,
poſtea Chriſtianorum in tota A-
ſia potentiſſimi, à Tharſenſibus
regibus ſtatim poſt adoratum
Chriſtum ad ſua reverſis conver-
ſi, tam magna Eccleſia, ut Um-
chan lingua ſancta diceretur, id
eſt matrix, ſeu mater & fons ta-
bernaculorum: à cuius dominio
poſtquam ſe exemere ipſi Tatari,
divinitus ex ſumma nepharii &
ad ſcelera omnino converſi Pon-
tificis tyrannide liberati, & ma-
ri rurſus divinitus illis aperto e-
repti, illo tam acerbo jugo op-
preſſo, ſatis habuere vocare ſe
Chan, id eſt tabernaculum, quaſi
per ἀντονομασίαν hoc dictum ve-
lint,

lint. Tertius Madai, dedit omnium conſenſu Medis originem. Nam ob temporalis dominii jus in tabernaculis Semi habitandi ipſi Japeto propter mundi primogenituram conceſſum, non tantum in ſua Iapetia, aut etiam in ſua Atlantide, ſed multo maximè in Semia ubicunque voluit, tanquam dominus fundi & proprietarius ſupra uſufructuarium, ubicunque eſt illi viſum, ſedem elegit: ita ut non ſolum Mediā, à Medo ſeu Madai, & Magogiam ſive Scythiam duce Magogo Scythiarum parente fundarit, ſed ſub Gomeri nomine (nam ſupra 130. annos à diluvio in Armenię Scythicæ & Aſſyriæ Ituręæve finibus in Semia una egerant, antequam occiduas habitationes fundarent) Gomaros ſive Comarios inter Scythas inſignes populos ſtabiliverit. Una enim erat cura, ut in Scythia à Scythi

ante-

ntediluviani atque Adam filii
nemoria electa & nominata, per
rmiſſimam eius provinciæ oc-
upationem jus ſervarent. For-
iſſimus enim poſt ſacrum & Sy-
iacum genius mundi ibi eſt: un-
le tam admirandus rerum Scy-
hicarum vigor, & Pretoiani ſi-
e Umchani, atque poſtremo
Tartarorum potentiæ ſplendor,
ræter tres monarchiarum Sata-
æ ſedes. Nam & Macedo in Ba-
ylone fundavit baſin ſui Impe-
ii. De quarto, qui eſt Ion, ſive
avan, ut per addita puncta pro-
erunt, & Ionum in tota Semia
Aſiave minori nomen literis
onge olim celeberrimum, ante-
quam ad Græcos Iapetiæ noſtræ
lumnos devenirent, impoſuit,
notius eſt quam ut dici debeat.
Hinc factum eſt, ut quum litera-
um & memoriarum virtus, exer-
citium & ſplendor inter Semia-
nos periret in Syria ſancta, &
maxi-

maximè penes Phœnices, transirent ita ad Iones, ut eorum propriæ fuisse viderentur. Hinc quæ literæ olim jam à Diluvio fuerant, revera Latinorum penes Samauthem illum doctissimum cum charactere Phœnicio, sed inverso usitatæ, & in tradendis avorum doctrinis familiares, dictæ sunt Ionum fuisse, ut notavit Herodotus: quum tamen iam 1000 annis antea fuissent ex Phœnicia in Iapetinæ primogenituræ usum delatæ à patre universi Iano, nec nisi diu postea in usu saltem penes Græcos Europæos Iapetitasve habitæ. Nam Cadmon primarius ille quisquis est, qui literas Phœnicum in Græciam attulit, omnino recens author est. Primigeniorum itaque, duce Dite Pluto Gomero Samauthe cœlestive Gallo, totius doctrinæ φυσιολογικῆς expositorum, statim post Diluvii tempora,

a, & non Græcorum ſecundo-
um, nec etiam Ionum ſunt lite-
æ, ſed Semianorum Phœni-
ūm, quamvis ex Chananææ
gentis commercio infectorum.
Quinto in loco, quaſi quintum
lementum, Thubal, Tubalços
Hiſpanos procreavit, unde ad
os Atlantidis maximè ſui patris
poſſeſſionis pars rediit: ſuffra-
gante tamen ad omnia primę tri-
plicitatis cœli illa influentia,
quæ ex Sagittario, duodecimove
igno cœli in eam regionem pro-
cumbit. Meſſech, qui & vulgo
Moſſoch, ſexto in loco genitus,
Cappadocas orientaliſſimumq;
apetinæ poſſeſſionis locum, li-
cet nominis periit veſtigium,
undavit, teſte ex ſacra traditio-
ne Ioſepho. Hinc uti non ſolum
Chameſes perditiſſimus Satur-
nus in Italia voluit jura prima Ia-
peti Hittali ſive Hattali aut Itali
corrumpere, una cum Iano ve-
niens,

niens, ut communi ſcelere ſibi gratiam more omnium hæreticorum per ſenſuum libidines ſibi populos conciliantium, à corruptis hominibus ſibi compararet, ita Caphthorim populos à Mitzraim ſuo ſecundogenito procreatos ibi in ſede locoque Moſſochi collocari voluit, ut à capite & à ſede Iapetini ſtatus ſibi morum maledictorum ſentinam pararet, atque maximè inter præſtantiſſimos ſumma ſcelera ad provocandum iram Dei replantare ex antediluvianis moribus ſatageret. Thyraſs, ſeptimus, Thraciæ ſui nominis reliquit ius & veſtigium: unde Conſtantiniani, ſed & Iſmaelitici ſplendor imperii. Gomerus porro, ſive Cymrus, genito Aſkenazio, Germanicum ſuum jus ſecundo aſſeruit. Nam etſi nunquam obtineretur Cymros priſcum Germanorum Gallorumque

que nomen dediſſe Gemranis ſi-
e Germanis, originem certe ex
nnumeris Thargumorum,
Thalmudorum, & qui ab illis
dependent librorum ſecretioris
apud Iudæos doctrinæ locis, ſic-
ut & communi qua etiam nunc
nter ſe Germania orti Iudæi ſe-
pſos compellant nuncupatione,
certiſſimè probari poteſt, ab Aſ-
cenazio primogenito Gomeri fi-
io, Germanos ex eo deſcenſum
& nomen Askenazim habere.
Nam præter nomina Tzarphath
quo Galliæ, & Sepharad quo Hi-
paniæ nomen præter origines
Diluvii aſſerunt, hoc unum eſt
ex conſenſu omnium ubivis om-
nibus ſeculis habitantium Iudæ-
orum certiſſimum, quod Aske-
nazi nunquam niſi pro Germa-
no ponitur. Quis autem fuerit
Riphat in ſuæ gentis fundatio-
ne, non ita certum eſt. Riphęos
tamen volunt inde ortos, qui a-

lio ſunt vocabulo Paphlagones nuncupati, ut in quibus etiam ipſis jura orientalis poſſeſſionis Iapeti ſint aſſerta, & quos Lydii Chameſitæ occuparunt, & nomen obliterarunt. Nam duo illa regna, Cappadocum videlicet, & Lydorum, fuere à Chameſitis ibi contra diviſionis mundi jus, ut & alibi, conſtituta. Si autem mihi coniicere aliquid liceret, dicerem revera Riphæos (nec enim addit, quod recordor, Ioſephus, eſſe Paphlagonas) eſſe illos populos, qui maximè polo ſunt proximi, & montibus illis altiſſimis qui Riphæi & Hyperborei dicti ſunt, nomen ſuum dedere. Nam tota antiquitas, poſt Diluvium, nil ſanctius aut ſecurius in ſuarum poſſeſſionum ſtabilitate conſtituenda quærebat, quam ut quatenus fieri poſſet, maximè in Aquilonem contenderent. Unde etiam præter ini-

micitias & odium Chameſiæ
entis, quæ aſſidue in Italia
umbros moleſtavit, & novis
orruptorum jam alibi homi-
um incurſionibus inficere ex
eregrinis moribus ſategit (ut
doctrina Iani periret funditus)
tiam crediderim tam Gallos
quam Gumranos Germanoſve
n Septentrionem, magis forſan
tabiliendæ potentiæ verſus A-
quilones, ubi cœlorum virtus
maximè pollet, quam vitandi
niqui hominum in Italia à Cha-
meſitis infecta commercii cauſa
eceſſiſſe. Nam & Gotthi quan-
tumvis ſint fere uſque ad polum
Aquilonares, tamen conſtat ex
linguæ affinitate permaxima
Germanos origine eſſe. Germa-
nos autem ex Italia primo & à
patris Jani conſortio deveniſſe
ad has ſuas regiones, certum eſt.
Riphæos autem hac de re cre-
dendum eſt Riphæis regionibus

& montibus ſub polo aut quam
proximè potuere habitando, de
diſſe nomen. Ibi enim juſtiſſimi
hominum, quique longiſſimi
vivebant ſęculis habitarunt: qui
revera mons in cuius cacumine
æternus oriens eſt, & ſaltem A-
quilonaris Paradiſi terreſtris lo-
cus, ad cuius famam & viciniam
invitati à Patribus omnes fue-
rant, invitabat omnes: ita ut non
dubitarim, inde rigidiſſimum il-
lum Scytharum in Gothis cul-
tum, eſſe à prima lingua mundi
Gheuth גאות, quaſi decor eſſet
Univerſi, in gentis nomen dedu-
ctum. Summa enim in tempo-
ralibus ſtatibus perfectio eſt, ut
ſint corpora fortiſſima, & frigo-
ribus obduratiſſima, & ut inde
ſint ad laborum & inediæ tole-
rantiam perfectiſſima: hoc eſt,
patientiſſima & aſſuetiſſima. quę
duo maximè ſuppolari aut Scy-
thica conſtitutione mundi con-
ſequi

qui habitatores certum eſt. Et
rſan olim Askenazios, qui cer-
ſſimè Germani ſunt, Reginos,
uaſi Rheninos dixere (nam a-
oqui de his Rheginis me nun-
uam quicquam alibi, quam in
o Ioſephi loco, legiſſe memini)
o quod prope Gallorum fra-
rum confinia primo agentes,
ilios ſuos in eo flumine tan-
uam celeberrimo & frigido ha-
itando, à fœdo periculoſoque
itu obdurandæ in pueris recens
atis naturæ, dum ſtatim in fri-
idiſſimum immergerent flumen
qui erat tunc temporis actus a-
iquis in religione notabilis) no-
men forſan Rheinorum, hoc eſt
Renenſium ſive Renanorum, ut
hodie dicunt, ſibi impoſuiſſent:
aut forſan ab aliis quaſi calum-
niæ & crudelitatis probrum au-
dirent. Apud delicatas enim
gentes mos ille videbatur crude-
liſſimus, quaſi infantes gelu
 ſpon-

ſponte, an vivaces eſſent probando, ſummis periculis exponerent. Thogorma, tertius Gomeri filius, quem LXXII Interpretes Θεργαμὰ tranſpoſitis literis vocarunt, ſicut in Gemranis ex Gumranis factum eſſe dico, ut aliqui volunt, Tygrameis, qui poſtea Phryges dicti ſunt, dedit originem, ut alii, Germanis, ut alii rurſus, Turcis. Nam & Iudęi Turcas Thogorma vocare videntur, communi uſu loquendi & ſcribendi. Sunt qui ad Hiſpanos referant, & Thagum Hormah dictum velint. Gentem planè eſſe Scythicam crediderim, licet non Turcas. nam ex Turkeſtan regione inter Tharſeſtan & Scythiam media, antea incogniti, non multo ſupra octingentorum annorum tempora, ut Perſis quum ab Iſmaelitis vincerentur ſuppetias allaturi venere: ſicut ſiquis hodie Moſcovitas in

Hiſpa-

Hispaniam ad aliquod auxilium
vocaret; ut liceat illud exemplo
in nostra parvula Iapetia ponere,
quod in maxima Iapetia sive Se-
nia factum est. Alias Turcæ o-
lim fuit Scythica gens, ad Sep-
tentrionalem maris pontici par-
tem constituta. Si Tygramæi,
qui postea Phryges dicti sunt,
& se ex Ægyptiaci regis conie-
ctura primos esse populos mun-
di ob puerorum vocem Bec cre-
didere, forsan quia ab hoc pri-
mo nati erant parente, primi
sint, viderit Deus. Certè Iose-
phus, quum ista Romanis, om-
nium alioqui Historiarum peri-
tissimis, scriberet, debuit ex fi-
de omnino dignissimis has ori-
gines observasse. De Ioni seu
Iavani filiis satis facilis est Histo-
riæ successio. Nam Hellas, sive
Elis, sive Hellenes primario no-
mine Græca gens, & Tharsensis
Cilicia, quæ hodie ob vicinos Sy-

ros & Armenos, qui Arymi & Eremi & Erembi, sic sensim Syriæ Aramive nomine corrupto dicti sunt, dicitur Armanly, sive Armania nuncupatur: & Cythii, Cyprii & Dodani, sive affinitate characterum in ד Daleth, & ר Resſ, Rodanii, sunt in vicina sui patris habitatione constituti populi.

CAP. XIV.

De regionibus à Semi filiis occupatis.

Quod literarum externarum monumentis sit traditum, nihil est plane de filiis Semi in Cosmographicis dicendum, præterquam de uno forsan aut altero: eo quod more revera Scythico, à Scytho prisco in sacri ordinis viris (ut postea à Moseh in Levitis) instituto, non adhærebant glebæ, nec civitates fundabant,

bant, ſed ſolum rei pecuariæ & Nomadicæ vitæ attenti, & paucis contenti, uti uſufructuarii. uſque adeo, ut licet nil in toto mundo ſanctioris poſſeſſionis eſſet quam Solyma ſive Salem. quæ penes Cananæos Iebus, quaſi eſſet inter ipſos revera Augiæ ſtabulum, dicta eſt: à tyrannis vero circuncifis Mello, à ſanctis autem poſt Davidem poſſeſſoribus Ieruſalem, quamvis ſit à Semo tam totius Semiæ quam Syriæ in ſpiritualibus Domino fundata: nunquam tamen nomen ſuum Sem, aut nomen ſuæ dignitatis maximæ Melech & Salem, aut minimæ itidem ſuæ ſive regiæ Melchiſedek, voluerit una cum tam ſanctæ urbis fundatione collocare. Quum enim pro ſummo & tyrannico vitio, ſummaque infamiæ nota ſint recitatæ in ſacris duæ fundationes civitatum, una Chanochæ urbis

civitatiſve a Caino in memoriam magis quam in illo ipſo longam filii ſui Chanochi, altera (quam multæ poſtea eodem vitio fundationis notatæ ſequutæ ſunt) Babylonis, à Nemrodo Nigri Chuſſi filio, pro rebellione contra Deum & æquitatem inſtituenda: certiſſimum eſt, eos omnes patres ſanctos qui agnovere ſe eſſe advenas, & non proprietarios ſuper terram, nunquam voluiſſe per civitatum fundationes, aut per regnorum inſtitutiones, nomina ſua in terris ſuis nimis pernicioſo & hodie uſitato exemplo ſcribere: ſed expectabant, ut poſt Regis regum adventum, demum legitima inſtitueretur & civitatum & regnorum baſis. Si Arapachitis regio Armeniæ & Aſſyriæ vicina, eſt ab Arpaxado nuncupata: & ſi Helamitæ ſive Elamitæ, clariſſimi in Perſide populi, ſint ab E-

lam

rum filio Semi: isti duo ausi sunt sacerdotalis illius ordinis leges & usum prætergredi. Nam licet summi huius Sacerdotis posteritas debebat temporaliter, & maximè in Syriæ sanctiore parte (tota enim Suriah murus sive munitio Dei est, ubi & temporalia dominia sub permissiva voluntate Dei quatuor Monarchiarum regnis confirmata sunt, & sub ordinativa duce Abrahamo spiritualia fundari debebant) statuere urbes & primum locum sacrum mundi: tamen in huiusmodi terrestri paradiso, non oportebat sine Divina & expressa Dei licentia vel cogitare, ne dum attingere aut gustare de hoc scientiæ boni & mali ligno. Unde quotquot ante Regem regum venere ad fundandum civitates, vel statuum sibi divinitus datorum arces, illi certe fuere & fures & latrones, & à vero deli-

ciarum Paradiſo ſunt expulſi. Nuditate enim & probitate ſummaque doctrina Melchiſedekianus ordo, ut Chriſtus exercuit, & ſuos inſtituit, in Semi tabernaculis toto in orbe ſtatui & plantari debet. Ideo nil proprietatis aut fundationis temporalis fuit inter Semianos inſtitutum, ut eorum IMMUNITAS ab eorum fratribus bonis & bene affectis Iapetitis, & etiam ab invitis & quantumvis improbis Chameſitis hiſcere contra rationem verbo non audentibus (quamvis ubivis per facta improba reclament) aſſiduè procuretur, & tanto maiori rerum abundantia adſit, quanto magis Deo ſervire & proximo contenderint. Sic enim erat aurei ſæculi ordo à Noacho Ianove inſtitutus, & à Chriſto in Euangelica vita confirmatus, & nunc omnino neceſſario reſtituendus.
Sic

c enim duce Noacho in ſui fi-
i Chriſti Ieſu virtute, ad Mel-
hiſedeki ſacerdotis Dei altiſſi-
ni (ſecundum cuius ordinem
Chriſtus nil etiam poſſidens, ut
Pontifex erat, eſt & erit in æter-
num) inſtar opus eſt reformari
mundum & renovari Eccleſiam,
quemadmodum (præter 130. di-
verſi ordinis & profeſſionum
quæ in toto orbe Chriſtiano
ſunt inſtituta, per infirmitatem
& defectum primi ordinis in
tam multitudinem & diverſita-
tem conducta) jam in Melchiſa-
demi ſive Melchiſedeki ordine,
in Levitico ſacerdotio & in A-
poſtolica Chriſti inſtitutione ter
idem probatur feciſſe Deus: &
niſi memoriarũ antediluviarum
continuatio cum Scythica eius &
perdura inſtitutione commen-
randa periiſſet, nos jam quater
hoc fuiſſe inſtitutum probare-
mus: quod neceſſario reſtitui,
eſt

est omnino necesse. Nam omnis ordinis plantatio, quemcunque quivis plantaverit aliter, eradicabitur. Deus enim immutabilis est. Et licet muscis morruis hodie oleum inficientibus, & quæ si viverent, locustæ permaximæ fieri vellent ad destruendum quicquid est virens, aliter videatur, & perbelle illis qui verbo quidem negant, sed factis proprietatem temporalesq; status in ministerio probant, consentiant, dicentes renunciationem proprietatis non ad literam, sed ad spiritum tantum intelligendam: tamen revera, etsi solius Melchisedeki exemplo statutum esset, opus est ad instar eius per solum usumfructum in Tabernaculari vita ministros sacros omnia possidere. Iektanus vero quidam cum suis ex Melchisedeki stirpe in orientem abiit, ubi postea ex Hudis Indis-

e Abrahmanibus (quo nomine
udæos, & non ſolum Indos vo-
at in Corano Muhamedes) ex
Magis Tharſenſibus, & poſtea ex
o. tribubus illuc cauſa eius ve-
uſtæ cognationis commigranti-
bus, indeque in Turchis & Ta-
taris ſucceſſiones non reforma-
ionum, ſed talium mutationum
accepere, quæ licet nondum ve-
e Regem Iudæorum à ſolis Ma-
gis in faſciis agnitum cognove-
int, tamen Creatoris cognitio
ibi aliquoties refutata eſt. Mon-
em autem Sephar, quem LXX
vocarunt σωφηρά, verosimile eſt
eſſe Imaum, circa quem tam in-
ignes ultra & citra habitarunt:
& continuo tractu à Meſſa, qui
mons in Syria ſancta eſt, occu-
parunt, uſque in extremum Se-
miæ finem, in ſuis Tabernacu-
lis, ſine civitatis aut regni ſtatuſ-
ve ab illis in Semia fundati me-
moria: ut docerent cæteros,
quam

quam vane se affligerent, in
componendis tanta cura qua
mox cum dolore & infamia æ-
terna & amittenda & destruenda
essent. Hoc malum fuit, quod
Saba & Chavilah nominis cum
Chamesitis societatem habuere.
Sed hoc fuit, quia in summo
Chamesitarum conatu (omnes
enim perfidi in toto mundo sunt
Chamesitis, ubi à Deo rebella-
runt, adiuncti) sub Ismaelitis de-
monstrato, multa etiam vera de
Naturæ lege, sicut de nostra &
de Judaica, sunt comprehensa.
Solus Chassarmoth, sive ut ho-
die legimus Chassarmaveth, sive
ut LXX legebant ἀσαρμὼθ, cu-
ius nomen atrium mortis sonat,
Sarmathis & Sauromathis loco
Scytharum deperditi nomen de-
dit: ita Sarmathæ Scythæ & Sau-
romathæ sit idem populus. Sic
sunt universi orbis origines, sic
antiquissimi orbis possessores, à
qui-

quibus vera nomenclatura provinciarum totius orbis petenda est. Nam de Novi orbis regionibus nil poteſt aliud ſciri, quam quod Iapetus temporalis totius univerſitatis Dominus, cuius imperii הטל vel התל Hattal, id eſt ros aut cumulus, aut Gratia aut Natura in Italiam procumbit, nomen Ittali ſive Hattali aut Attali ex hoc Italiæ loco accipiens, ſuos quoſdam poſteros Atlantidum ſive Attalantidum vocabulo illuc miſerit, ab occidentis parte, cum hac recordatione, ut in ſuis fere omnibus hominum vocabulis ATL in eius memoriam aſſervarent. Nam ex altera parte, nempe ab ortu, ex Semia Ophir in ſuam Pheru vel Peru poſſeſſionem venerat, qui rebus ſacris ibi præeſſet. Nec enim fieri aliter poteſt, quin ſummus ille ſeculi aurei miniſter & inſtitutor Ianus ita inſtituiſſet,

ut ubivis in toto orbe esset u-nus minister ex Semi authorita-te, qui divina & maximè Sibylli-na, quæ erant Gentilium & le-gis naturæ sacra, summa de ad-ventu Regis Iudæorum mysteria in se comprehendentia (ut in Romanorum Rep. probatum est) assiduè doceret, duceque ra-tione naturali Dei unius timo-rem suaderet: qui mos Romæ per Regem sacrificulum primo, postea autem & per Pontifices, & per x. viros Sibyllinæ doctri-næ magistros, uno ex illis sum-mo interprete servatus est. Sic in Atlantide est credendum, ut ex Iectani filiis aliquis una cum Ia-petitis fuerit missus, ita ut Peru posset esse Ophiri pars: quæ au-tem regio ad Culhuā sive Culhu-acan hodie spectat, pro aurea Chersoneso poni posset. Sunt e-nim ea omnia quæ sunt in orien-tali parte Semiæ, descripta & de-
picta

picta à Ptolemæo, omnino incertissima: quod vel ex Taprobanæ situ videas, ut amplè in primo Dispunctionum tradidi, demonstravique, ita ut in ea nobis alioqui tum familiariter nota, ferè supra 50. graduum errorem admiserit, totiusque orientis longitudines pervertere ob affectum Marino Tyrio contradicendi voluerit.

CAP. XV.

De maximis orbis Insulis.

CHamesia unicam habet Zanzibaram olim, nunc sancti Laurentii vocant Portugallenses: ea est ad Euronotum eius partis, parum à continenti distans. Sed postea describetur, ut & cæteræ. Semiæ ad partem Australem ad promontorium Malavarorum, paulo ultra Indum, est Zeilana, sub æquatore,

gemmis, pipere & elephantibus ditiſſima. Eregione autem Gangis, ſed longe ad Liba promontorii Malachæ, eſt Taprobana olim, nunc Pedir, à maiori civitate: alias Samotra, vel Sumatra dicitur. Ulterius paulo verſus Euronotum Giavæ duæ: maior magis auſtralis, ſed tam magna ut parum adhuc ſit explorata: & minor, quæ quamlibet aliam facile excedit. Toto vero in illo littore uſqueadeo eſt magna inſularum multitudo, maximè eundo à Sumatra verſus Moluccas aromatibus claras, ut ſupra 8000 eſſe credantur. Ulterius eſt ad Euronotum pars illa magnæ illius terræ, cui Chaſdiæ nomen impoſui. Sed iuxta continens Semiæ, verſus Aquilones procedendo, inter cæteras Vendenaa, quàm alii Mindenaam vocant, magna eſt. Giapan vero vel Giapangui, aut Gippangui,
hoc

hoc eſt Giapanæ habitatio eſt præpotens & dives, 600. fere leucis oblonga: his proximis diebus ad Chriſtianiſmum ibi à pſeudomonachis deſtructum, & in meritorum ſuorum venditionem conductum, opera quorundam Portugallenſium reverſa. Veriſimile eſt præterea, ab Aquilonari & ſubpolari parte Semiæ multas eſſe alias, illaſque maximas, ſed nondum innotuere. Iapetia tam intra quam extra pleriſque eſt circundata. Iuxta eam Semiæ Aſiæve partem quæ Japeto ceſſit, prima Cyprus eſt, oblonga & clara. Ad occaſum eiuſdem, inter multas maxima Lesbos. Iuxta Atticam Eubœa, quam hodie Negroponte, ad Auſtrale Ægei maris ſinus oblonga. Item Creta, Candia hodie, illi occidua eſt. Sed contra extremam Italiam Sicilia triquetra: cui item ad occaſum Alpi-

bus Auſtrales Corſica & Sardinia, oblonga item figura, ſed ſoleæ ſimilitudine. Extra ad polarem Galliæ partem, Albion olim, nunc Angliæ & Scotię regnorum nomine clara. Cui occidua eſt Iuverna ſeu Hybernia, vulgo Irlandia. Ultra ad polum eſt Iſlandia. Sunt pleræque ſub polo, ſed nondum notæ. Ad Atlantidis orientalem partem ſunt quamplurimæ, ſed inſigni magnitudine duæ, Sandominghia ſive Spaniola, & Cuba illi ad Cauros obiecta. Cæterum videtur quibuſdam in locis Natura veluti luſiſſe in attollendis è medio mari inſulis, ita ut nautæ mediterranei his locis Archipelagi, quaſi principis præcipuive maris nomen dederint. Tale eſt Ægæum & Ionium pelagus, dextraque Hadriatici pars introeuntibus. Simile quid eſt iuxta Gotthiam, ſub polo ferè, & ad Auſtrum, iux-

iuxta Germanicum Scythicumve littus. Sed duæ maximæ multitudines ſunt in univerſo: una in ſinu orientali Atlantidis, iuxta Sandominghianam, & ultra: alia, & cui nulla ſit in toto orbe par, multitudo eſt in Indico & Chineo Catainoque littore & mari, ubi opes etiam innumerabilium rerum & preciorum ſunt.

CAP. XVI.

Generalis partium mundi diſtantia ad invicem, ſecundum longitudinis gradus.

CHameſia, quam primo propter præcocem occupatorem, etiam primo loco ſtatim deſcribam, latiſſima eſt, à 32 gradu citra æquatorem, ad 35 ultra, qui ſunt 67. gradus maximi circuli. unde ſi per 60. millia paſ-

ſuum numeres, prodibit quam ſit lata. Longitudo eſt à 5 fere long. gradu, ad 80. quaſi 75 graduum. Quumque medius parallelus illius ſit ferè æquator, poterunt tanquam maximi circuli gradus per 60 multiplicari. Iapetiæ longitudo à fine terræ, ubi ſunt 5 fere gradus long. ad Tanais oſtia, ubi orientaliſſima eſt 65. graduum, unde 60 remanent pro longitudine. Sed quum ſit valde obliqua hæc menſura, per medium parallelum multiplicanda erit. Medius autem parallelus eſt, ut 3 ad 4. quare gradus hi per 45 milliaria erunt multiplicandi. Latitudo varia eſt. Nam ubi eſt latiſſima, eſt ab Alpium Ianuæ proximorum ramentis ad DANIMARCHIÆ peninſulam, aut ab auſtraliori Peloponneſo ad littus Sarmaticum. Primo à 42. fere gradu ad 57. aut à 35 ad 65, ubi latiſſima

eſt

ſt. Semia autem ab ea parte u-
i in noſtrum mare maximè
ntrat, ubi ſunt 55. grad. long.
ſque ad 230. ferè gradum long.
e extendit, quaſi 50. gradibus
el 3 horis plus quam voluerit
Ptolemæus contra Marinum.
Quare longa eſt 185. gradus:
arallelus autem medius parum
liffert ab eo qui per mediam
apetiam tranſit: unde per 47.
nilliaria poterit menſurari gra-
lus eius. Latitudo autem maxi-
na à Malacha, ubi latiſſima eſt,
erè æquatorem attingens ad 80.
ſque gradum Scythicæ partis:
uare 75. gradus latitudinis
naximè habebit. Atlantis au-
em Auſtralis patet latitudine à
0. gradu citra æquatorem, ad
4. ultra, per 64. gradus. longa
ero, à promontorio Gigantum
ive S. Helenæ, ad Parnambuki
rcem, quæ Portugallenſium eſt,
50. ferè gradus longos. Nam ibi

parallelus eſt ferè idem cum æquatore. Dato vero à noſtro hemiſphærio principio ſupputandi, incipit eius longit. in 275. long. finis autem in 325. Pars Aquilonaris a 10. gradu citra æquatorem, ſaltem ad 75. patet per 65. gradus meridiani. Sed longitudo, ab eo promontorio ubi ad Aquilonem reflecti verſus Semiam videtur, & ubi 40. lat. 215 gradus longitudinis ſunt, uſque ad extremum orientale 120. gradus ſunt. Sed medius parallelus multum ab extremis differens, erit circa 52. gradum conſtituendus, ubi eam habet rationem ad Meridianum maximumve circulum, quam 13. ad 20. hoc eſt, erit menſurandus per 39 miliaria, & non per 60 pro ſingulis gradibus.

CAP

CAP. XVII.

Rerum quæ in Chameſia, Aphricave, tam loco quam tempore fuere, σύνοψις.

QUia ſumma vanitas eſt occupari in cognoſcendis iis quæ periere, aut ſunt peritura, niſi quatenus cognitio facit ad providentiæ Divinæ manifeſtationem, ut qui curam ſpecialiſſimam de rebus humanis in hac vita habet, etiam certiſſimè ſciatur & ſperetur fore remunerator, in qua conſideratione finis totius ſcientiæ mundi debet eſſe conſtitutus: ideo iſthæc maledicto nebuloni Chameſi conceſſa pars deſcribenda ſumitur. Quos terminos olim habuerit Chuſſia, id eſt Nigredo provincia (ſic enim malim latinè, quam græcè Æthiopiam, ſignificationem vocabuli & non nomen pro-

proprium exprimere : in hac enim aſtutia trahendi omnes etymologias ad ſuæ linguæ ſignificationem, omnia pervertere Græci) nunquam fuit ſatis notum : imo ne Ptolemæo quidem, alioqui vicino. Unde quum tot errata, quot verba aut numeros, in ea parte admiſerit circumſcribam quatenus maximè innotuit. Quum videantur atro admodum colore homines maximè ſub æquatore, & locis verſus tropicos vicinis, ita ut mixti iam ſint ubique inter albos, & multi albi ſint & perſeverent omnibus ſeculis in ſua albedine: certiſſimum eſt, originem nigredinis non à regione (ut hactenus eſt putatum) ob ſolis ardores, ſed à ſtirpe & ſanguine promanaſſe hunc colorem. Nam nec in Indiæ littoribus, niſi ex traducta hinc ſtirpe, videntur. Eſt autem ſolidiſſimum argu-
men-

[...]entum ex rebus Atlantidis.
[...]am in tota illa tam ampla pro-
[...]ncia, nulli planè Æthiopes
[...]igrive, ſed oleaſtrino, Indove,
[...]t ut plurimum cinericio colo-
[...]ſunt inventi: præter pauculos
[...]vectos aliquando in uno ſolo
[...]co, & ea de re cane peius &
[...]gue odioſos vicinis, quum a-
[...]qui veri Æthiopes ſibi de ſua
[...]aceant nigredine. Quod au-
[...]m ſtirpe, non ſolis æſtu, in
[...]hameſia ſint tales, ex hoc ap-
[...]ret: quod uſque ad 35 gradum
[...]titudinis in Chameſia ultra æ-
[...]uatorem ſunt nigerrimi: quum
[...]ud nos, ubi Hiſpania, Sardinia,
[...]ria, Arabia, Babylon, Chal-
[...]ea, Perſis, Suſiana, Gedroſis,
[...]tra 35 gradum ciſæquatoriæ la-
[...]udinis, nullo modo naſci Ae-
[...]iopes videantur. Credamus
[...]que neceſſe eſt ſecretæ He-
[...]æorum traditioni, qua aiunt,
[...]albo parente Chameſe (ſicuti
&

& Iapetus & Semus erant albi
procreatum fuiſſe cum tali ſcele
re filium poſt diluvium prim
ex ipſo genitum, ut in ſceleri
parentum argumentum nigr
colore miſerandus puer natu
ſit. Scelus autem fuit eiúſmodi
Quum crederet primo ſtatin
tempore ex illis 4 maſculis fi
lium genitum natumve deber
primogeniorum univerſi iure u
Naturæ beneficio, & non divi
næ gratiæ auxilio conſequi, in
tra ipſam arcam, ubi omni
ſummo timore tremebant, vi
dendo Divinam vindictam,
ubi (ut etiam tradunt) Noachu
monuerat filios, ut interea a
uxorum contactu abſtinerent
quoad ex arca tranſacta Divin
vindicta exiiſſent, auſus eſt (i
qui neceſſario omnia fieri nebu
lo ſibi perſuaſerat) cum uxo
congredi. Hinc ad inobedien
tiæ & contemptus Divini ind
ciun

um, Deus Chussum filium a-
o colore voluit nasci, unde
rpe cæteri descendant Aethio-
s. Quum autem vox ista Chus
grum significet, similiter au-
in & שחור & קדר: istæ quidem
uæ de quacunque nigredine di-
ntur: nigredo autem Chussi
nquam nisi pro malignis ho-
inibus posita, hac inobedien-
æ ratione legitur. Hinc claris-
mè de Saulis filii Biniamin per-
dia David cantans, illum Chus
ium Iemini vocat, more Lati-
orum, qui improbos & impios
gros dicebant, ut in versu
t:

Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

Hinc, ubi Asa Divina fretus
otentia, civitates audacius
univisset, quam par erat Re-
em catholicum, 10. tribus
rael sub Zeracho duce, no-
ine Chussæorum vocatæ, in-
surre-

ſurrexere cū decies centenis hominum millibus contra illum qui ſolum 350 millia hominum habebat, & ſtatim repreſſit fregitque eorum audaciam. Nam licet ad literam videantur fuiſſe Aethiopes, propter ſolum nomen: tamen priſci libri, & maximè Zohar & Thalmud, tradunt, ſua impietate, excommunicatione & hereſi Chuſſim, id eſt nigros iſtos fuiſſe Aethiopas Iſraelitas. Et certè eſt omnino illa hiſtoria factu impoſſibilis, ut unus hominum millio, ſive 10. centena millia hominum, per tres menſes itineris per arenas tam incommodas (ſive per Arabiam tranſmiſſo mari rubro, ſive per Aegyptum veniſſent) quum 12. dies arenoſi utrobique itineris ſint, & nulla mentio unquā in ullis humanis maxime Ægyptiorū regum tunc florentium literis aut memoriis reperiatur huius

xpeditionis, potuissent maxime
d piissimum omnium regum
sraël, qui post David & Salo-
non maximus idololatriæ ever-
or fuerat, impetendum, tot Æ-
thiopes (nisi volassent) advenire.
Erant itaque decem tribus una
Chussęa appellatione in hoc pes-
simo facinore notatæ, quod re-
gi Asa hostes erãt, eo quod idola
& Baalim, quæ ab illis una cum
Deo colebantur, destruxisset, &
præterea suas civitates ita muni-
isset, ut contra vicinorum po-
tentiam esset ex hoc facto in po-
sterum tutissimus. Hæc itaque
fuit Chussæi nominis ratio. Et
a de re Amos nono, vocat Israë-
litas tanquam Æthiopes, ut hoc
declaret. Nigri itaque quotquot
sunt in orbe, sunt traducti ex
Chamesia, uti gens sola vafricie
& dolis pollens, & nil animi ha-
bens, sed plane ad serviendum
nata, præter illos qui nomen
G Chri-

Christo dedere. nam nulla pla-
ne cæteri fide sunt. Hinc Puni-
cæ fidei traductio, in prover-
bium infamiæ. Ex huius itaqu
Chussi iure Græci nomina Ae-
thiopum & Maurusiorum Mau-
rorumve traxere. Quid sint
quove limite finiantur hæ pro-
vinciæ, quum sint iam pene in-
numeri Cosmographici libri
non repetam: solum hoc osten-
dam, quomodo sub iugum al-
terutrius fratris devenerit e
gens, ut per Noachum Deu
prædixerat. nam Cosmographi
alioqui tota in Dispunctionum
opere absolvetur, postquam or-
bis innotuerit. Recidit itaqu
fœlicissime hæc Cussi proprieta
& regnum in Semi dominium
factusque est Chus servorum ser-
vus: quum regina Saba ipsiu
regni Aethiopum domina, po
auditum visumque Salomonem
suscepto ex eo semine mascu-
lo

o, quem vocavit Melich, & in
era Iudaiſmi adhuc pacifici &
ondum diviſi religione ad 14.
nnos penes patrem imbuto, ſub
Reipublicæ huius veræ obedien-
ia totam mediæ Aethiopiæ gen-
em conduxit Suſcepto autem
Abrahamico illo iugo ex Mel-
hiſedeko deſcendente, con-
tantiſſime in Iudaico cultu per-
ſeverarunt ſemper, quotannis
ſaltem ſemel ſua munera ad Ie-
roſolymitanum templum mit-
tentes, ut in continuis Ae-
thiopum hiſtoriis traditur: do-
nec rege Iudæorum ab ipſis car-
nalibus Abrahamitis reproba-
to, & Cæſaris Iapetini poten-
tiæ tradito, quum dixere ſe non
habere Regem niſi Cæſarem,
ipſis Gentilibus approbato Chri-
ſto, factiſque ob Iudaicam ex-
communicationem contra Chri-
ſtianos Eccleſię dominis, cuiꝰ ſe-
des inter Iapetitarum ſummam

potentiam declarari opus erat, Eunuchus unus à Philippo apostolo Gentilium, introductore baptisatus, Christi suavissimum iugum hactenus à Gentilibus contra Iudæos Iapeti iure receptum, Æthiopibus attulit: & quos Regina olim ad Iudaismum sub Semo attraxerat, nunc unus semivir Æthiops, Candacis reginæ eunuchus, potentiæ & imperio Iapeto ipsi concesso subiecit. Cæteræ autem provinciæ, videlicet Mauritaniæ, Numidia, Aphrica proprie, & unde Syri Cyrene atque Ægyptus, variis quidem victoriis sunt à Semianis subactæ. Nam Persæ olim usque in occidentales partes navibus transvecti, Pharusios defectu literæ p, pro Persis (teste Plinio) de se nominarunt, & sub Semo reduxere. De ipsis Phœnicibus Tyriis, illius florentissimi Carthaginensium status fun-

[...]ataribus, eodem Semi iure il-
[...]ic profectis, & in ſummam Ia-
[...]etitarum Romæ ſemper ſuper-
[...]itum æmulationem roboratis,
[...]otior eſt hiſtoria, quam ut re-
[...]eti debeat. Quam ſæpe autem
[...]t ab Aſiæ Semianis poſſeſſori-
[...]us Ægyptus impetita, ſatis tam
[...]ræcis quam Latinis literis eſt
[...]xpoſitum. Sed quum Semiana
[...]ura ad temporales mundi poſ-
[...]eſſiones ſint invalida, & plane
[...]ommercio tam Cananæorum
[...]uam Babylonicorum Chame-
[...]tarum infecta, Romani, quam-
[...]is obliterata Noachi Iapetique
[...]nemoria Romulus omnia ad ſe
[...]noſque Saturnitas Chameſe-
[...]uos protrahere voluerit, fuere
[...]evera in ſubiuganda ſibi Africa
[...]uperiores Aſiaticis. Trecentis
[...]aque aut circiter ante Melchi-
[...]edeki filium, æternique Ponti-
[...]catus ſucceſſorem IESUM an-
[...]is, præter unam Ægyptum,

fere sibi usque ad iam ante ad Iudaismum conversam Aethiopiam victis Carthaginensibus & Mauris, sua sibi servitia retraxerant. Sed quum summa vis intelligentiæ, & Tyriæ Babylonicæque par, Aegyptum protegeret: Deus non permisit ut prius sub Iapetinum reduci, aut conduci potius regnum posset, quam Romani per Sibyllinos libros essent admoniti, ut caverent ab eo qui Ptolemæum Aegypti regem esset reducturus. Esse enim fatale, ut statim ipsa Aegypto subacta, Monarcha universi nasceretur: quod Romani de illo, qui Aegyptum ex suis Iapetitis vinceret, intelligebant. Sed Sibylla de illo Rege regum Semiano intelligebat, qui 42. anno Iapetitæ Imperaroris natus est Redemptor mundi in Iudæá. Sed postquam præstantissimi tam Semianorum quam Iapetitarum

con-

onvenere in probando recipiē-
oque pro Rege æterno Chriſto:
unc vera victoria ita potiſſimū
ſt ſubacta Aegyptus, ut ſicut
uſquam gentium maior fuerat
rror quam ibi, ita nullibi uſquā
maior aut ſincerior Chriſtiana
pietas pro trecentis annis quam
n Aegypto regnaverit : ita ut
tatim inde in tota Chameſia ve-
ra religio fœdam idololatrię im-
pietatem à Chameſitis primo in
Syria ſancta, in Chaldæa & in
Aegypto ſuſcitatam, & Poëtarū
Græcorum artificioſis mendaciis
ubivis fere diſperſam, deſtruxe-
rit & in Africa Chameſia recepta
ſit, ut nulla ex parte orbis doctio-
res ſcriptores quam ex Africa,
orbis receperit. Teſtis eſt Ter-
tullianus, Cyprianus, Lactantiꝰ,
Arnobius, & qui omniū inſtar eſt
Auguſtinus. Sed tamen tales
omnes, ut in quibus multa deſi-
deres: hic autē ob diverſas ſectas

Manichęorum & Donatiſtarum, aliorumque, quas applicatis ad ſuum argumentum ſcripturis refutabat, in ſe Chameſiæ odores maximos refert. Sed impatiens tam repentinæ victoriæ de ſuis Chameſitis reportatæ Satanas, rurſus ex Mitzraim Ægyptove venenum Arrhianiſmi effudit: & quia per ſe non potuit, adiunxit & depravavit ſecum gentem alioqui inter Iapetitas innocentiſſimam Gotthos, Uvandaloſque, quos (ſic merentibus ambitioſis Chriſtianiſmi miniſtris, quorum peſſimo avariciæ exemplo totus orbis periit) ex Thraciæ finibus in totam ſparſit Iapetiam: ita ut tranſmiſſis Germaniæ nationibus nondum Chriſto initiatis, turbo ille in Italiam partim, ubi quadringentis annis oppreſſit fideles Iapetitas, tranſierit & ſteterit, aſſiduis quadringentorum annorum incurſioni-

bus

bus Chameſiano Alexandriæ Æ-
gypti veneno infectis, eo con-
tendentibus: partim per Gallias
& Hiſpanias tranſiens in Cha-
meſiam, ubi erat finalis Chame-
ſini huius motus ſedes & finis,
pervenerit, ubi fere (ſicut ſemper
& ubivis ſolent hæretici) præ-
textu reformandæ Eccleſiaſticæ
doctrinæ, totam funditus Chri-
ſtianam pietatem deſtruxerunt.
Inde ex repullulantibus Nemro-
di primogeniti Chuſſi Æthiopis
radicibus in Semia, Perſarum
rex Choſroes indicto bello ipſi
Chriſtianiſmo, poſt everſam Ie-
roſolymam, & Syriam ſanctam
omnino deſtructam, in Ægypto
primum, & demum in Chameſia
tota, ſaltem ad Carthaginis uſ-
que loca, quod ab hæreticorum
factione ſupererat, una cum
Vandalorum Arrhianorum reli-
quiis deſtruxit. Superveniens
autem omniū peſſimus ſanguis,

& ferocissima Ismaelis ex materno Mitzraim Aegyptive Chamesiani sanguine, cum fidelissimo Semiano in Abrahamo iam benedicto commixta gens Ismaelitica, quæ interim dum adhuc erat sterilis Sarah Semiana, nata ex ancilla Petrea est, cuiusque manus contra omnes hactenus fuit. Hæc gens in sua summa iura conducta per Ismaelitarum antesignanum Muhamedem, statim totam ipsam Chamesiam obtinuit, & materna repetivit iura: eam ob unam solam culpam, quod Christiani primitivæ Ecclesiæ non obedivere, ut debebant, primo Apostolorum concilio, de tolerandis una cum viviradicibus & nova arbore vetustæ arboris foliis. Inde, ut in toto etiam Semiæ Christianismo, (sicut & in Chamesiano Deus summas opes huic Semiægyptiæ aut Semichamesianæ gēt

con

contulit: ſic dedit ſplendidiores & celeriores orbis victorias, quibus illuſtrata, Alcorani alioqui nugis detenta & occupata gens, in Tartarorum, Indorumq; maxima parte, & in Perſis, Parthis, Turchis, Chaldæis, Syris, Arabibus, & in tota Chameſia (præter Chuſſiam reginæ Sabba ſuccedentem) diffuſa videtur. Sic erat opus, maledicti etiam in ſerva Aegyptia genus repullulare, donec Aſſenethæ liberæ ſacerdotiſque filiæ auguſtiſſimum genus in Ephraimo ſuccedat: & eiecta ancilla cū filio eius, duæ ſimul liberę ſuccedāt. In Iſaak enim, qui totus eſt Semianus, & in Ioſephi filiis, qui ſunt partim Semiani ex patre, & partim Chameſiani, ſed ex nobili & nō ſerva matre, opus eſt vocari Semen, quod æternā in Chriſto, tam Chameſiæ quam Iapetiæ & Semiæ victoriam reportet: ut particularis providentiæ

Dei

Dei omnia ad CHRISTI IEsu Regnum Pontificatumque dirigentis cura, actu in totius mundanæ historiæ cursu toti mundo demonstretur.

CAP. XVIII.

Rerum quæ in Semiæ Ecclesiæ respectu contigere

συνόψις.

NOn satis habuit divina providentia, demonstrare continue, imprecationem à Noacho contra nefarium filium factam, esse verissime iustissimeque inflictam, nisi & summum favorem erga Semianam domum etiam finali voto ostenderet. Voluit itaque circa locum sacrum ab Adamo, per suam & Chavæ omnium matris sepulturam in Syria sancta electam constitutum, ut fieret actu tam manifesta demonstratio electionis Divinæ,

ut nulla eſſet toto in orbe terra-
rum gens, quin etſi ipſa nollet,
tamen hoc agnoſcere cogeretur.
Temporibus itaque iiſdem qui-
bus Nemrodus, nigerrimis ſce-
leribus magis quam ſemine ater
nigri Chuſſi filius, ſub ſumma
ſolius unius ſigni cœleſtis om-
nium vivaciſſimi aſpectus virtu-
te, id eſt, ſub leone ponebat ſuæ
Babylonicæ civitatis baſim, &
ignei ſolariſve Dei ſui cultum in-
ſtituebat, Deus ex eodem loco
(ut gratiam, & non naturam, li-
bertatem, & non neceſſitatem,
ſemper regere omnia fateamur)
corpus Abrahami voluit eligi.
Conſtitutis itaque Abrahami ta-
bernaculis circa ſepulturam A-
dami, cum illo ſuo corpore con-
ſtellatione Chaldaica genito, &
nato, ſub eiuſdem Leonis vi, ſi-
cut & fundatio civitatis Nemro-
dicæ, voluit renovari loci illius
ſacri memorias & poſſeſſionem.
Et

Et ea de re noluit Abraham sepulchrum illud à Chananæo gratis, & multo minus precario accipere: sed precio publicæ monetæ numerato, voluit suum fieri. quod & ipsum eodem iure & intentione aliquanto post fecit 100 annis Iaacob, non pro se, sed pro Iosepho filio, atque pro Ephraimo & fratribus, inter Sechem & Samariam: unde 10 tribuum postea defectio, quia in solius Iudæ parte erat Mamre, sive Chebron. ubi ea de re confirmatus est David in regnum, & eiusdem loci sacri Adamini gratia Melchisedek totis 500 annis sedem sui æterni sacerdotii etiam ante Abraham constituerat. Inter fortissimas itaque & ditissimas duas maximas mundi potentias Aegyptiacam & Babylonicam, & quæ nil in toto mundo sibi opportunius vendicare cuperent, contenderent & satagerẽt, quam

quam provinciam terræ ſanctæ, qua pro univerſali imperio parando & retinendo nulla eſt in toto mundo magis idonea, & quam propter ſuorum fratrũ tyrannidem in Chameſiana domo confirmandam Canaan ille quartogenitus, & ideo loco patris maledictus, elegit & occupavit: Deus ut ſuam omnipotentiam manifeſtaret aſſidue & ſenſim toti mundo, voluit ſuæ Eccleſiæ Melchiſedekianæ ſedem collocare. Et ut nulla ignoratione huius rei teneri Aegyptus poſſet, digniſſimos hac poſſeſſione, imo & univerſi dominio, Deus in uno ſolo homine, in pędore carceris macerato, voluit manifeſtari, tã ſummo diſcrimine gentem electam, ut etiã ipſa Aegyptus alias frumento abundantiſſima, fame ſeptennali necaretur, niſi Deus per Ioſephũ tam Aegypto quam orbi proſpexiſſet. Sed & quum

ſurre-

ſurrexit rex Ioſephini beneficii
immemor, qui ad ſervitia Cha-
meſis voluit Semianos in Ægy-
pto alligare: Deus fecit ut non
ſolum Ægyptus, ſed & totus or-
bis ſummerſionem Pharaonis,
inermes homines retinere in
Chameſiana ergaſtula volentis,
conantiſque, audiret: dum ad
ſacram legiſlationem audiendã
probandamque Deus aperto mi-
raculoſe mari ſacrum populum
educeret. Unde poſteriores Pha-
raones quamvis vicini, nil at-
tentare contra eam gentem to-
tis 480 annis auſi ſunt, niſi quum
dignum iudicaſſet unus Pharao
num regem Solomonem, cu
filiam daret uxorem: pro cuiu
repetenda dote, demum mor
tuo Solomone venit, & tem
plum ſpoliavit. De domeſtico
Cananæorum & Moabitarum
Madianitarumque bello contr
hanc gentem ſic eſt probatum

ut nunquam vinci potuerint ab hoſtibus externis, niſi prius infidelitate & ſceleribus à Deo defeciſſent. De ſumma illa quatuor Monarchiarum vi, aſſidue, ſi evincere potuiſſet, impetente huius Reip. divinæ baſim (vulgari enim proverbio in toto oriente ferebatur, Gentem Ierofolymitanam eſſe regibus univerſis, maxime autem Babylonicis, rebellem) illud conſtat, non niſi ſemel, & hoc præordinante in eius caſtigationem Deo, potuiſſe edomari, quum 70. annis in captivitate retinuit, ea una ſola culpa, quod contra Dei voluntatem & plus tempore petiti reges, & etiam David atque Solomon, reliquerant ſanctiſſimum Semi de tabernaculis habitandis inſtitutum: unde pro malefidis urbium & arcium munitionibus confęderationes alienorum principum & deos vici-

 narum

narum gentium amplecti cœpe-
rant, & Divinam protectionem
ſimul cum humanis vicinorum
auxiliis confudere: & quod erat
multo deterrimum, & quod eſt
omnium peccatorum peſſimum,
infidelitate erga Deum laborare
cœperant, ita ut cum veri Dei
cultu etiam Baalim, Solis ido-
lum, & Baalpehorum tanquam
ſeminum numen, alioſque fal-
ſos deos cõfunderent: unde non
fuit Babylonica Nemrodi Cha-
meſitæ in ſuo ſucceſſore Nebu-
cadneſaro virtus, ſed Divina iu-
ſticia caſtigans illam gentem,
quæ illum ſtatum Babylonicum,
cui per ſcelera & per falſas reli-
ligiones ſeipſos ſimiles reddi-
derant, miſit ad eos caſtigandos:
uti pater caſtigat magis filium
dilectum, quam ſervum. Sed res
admiranda in illis poſt 70 annos
reſtituendis contigit: quia Me-
dorum Iapetitarum rex loco
Cha-

hamesitæ Darius dedit edi-
tum de restituenda reipublicæ
lius Divinæ basi, ita ut & Cyrus
ex Persarum & Darius commu-
i statuto quantumvis rebellan-
em regibus civitatem curarint
estitui, quum alioqui 10. tribus
propter obstinationem, contra
nionem Ecclesiæ catholicæ sub
udah usque ad Christi adven-
um conservandę oppositam, de-
crevissent se nunquam uniri vel-
e ipsi, quousque Ephraim & non
uda rebus potiretur. Hinc ultra
nes Mediæ & Persidis abductæ
ecē tribus, nunquā ad eius pris-
æ Reip. Semianæ usum & unio-
em rediere, sed à memoriis suo-
ū maiorū ob ablatos illis libros
& sacerdotes una cum electionis
oco, depulsi abierunt 180 men-
ium itineris ultra fines Persidis
pacio, in Arsareth, unde postea
ub Tatarorū nomine aperto il-
is rursus divinitus mari exivere,
 quan-

quando Umchani Pretoiani Semiani tyrannide oppresſi, illum demum ſubegere, & poſtea totam Semiam ad Indiam uſque ſibi ſubegere, neſcientes tamen quinam eorum maiores fuerint. Sed revera ex Semiano iure in hoc 10. Tribuum poſteritate conſervato, tam Tarſenſium populorum & Umchani Chriſtianorum potentiſsimorum clariſſima olim dominia: quam Tatarorum, Turcharum & Perſarum hodiernorum Imperia ſunt nata. Licet enim non mereantur hoc ipſum gentes, Deus ſua promiſſa ſervat: & ſe, poſt ſpecialem quam habet de Chriſti Eccleſia tam ante eius adventum primum, quam poſtea conſervanda, de omnibus aliis regnis curam habere demonſtrat: ut non fruſtra vel in Semo benedicti, vel in Iapeto dilatandi utriuſvis filii legantur: Et quamvis ve-

um ſolumque Deum, quaſi non
ſſet Deus, Iſraelitæ irritarunt,
uia non deſinit propterea eſſe
Deus: ſic & quamvis Deus in
ente ſtulta illos, quaſi non eſ-
ent gens, irritos reddidit: Non
amen debuerunt deſinere ne eſ-
ent populus: ſed ne eſſent ta-
es, quales ſe eſſe gloriando, &
omnia ſua ob regna Iſraelitica
perturbando, veluti promiſsio-
nes ab ipſorum primogenito E-
phraimo, & non à Deo pende-
rent, deſinerent non eſſe gens,
ſed in ſua falſa perſuaſione HA-
BERI; ſed non ne eſſent gens
Iſraelitica aut Ephramica vel Io-
ſephina, quouſque Deus miſeri-
cordiæ ſuæ immenſæ memor, il-
los in ea ſtulta opinione mortuos
reſpiceret, poſtquam ab 800 an-
nis ante Chriſtum natum, uſque
ad 1200 poſt eiuſdem nativita-
tem, hoc eſt per 2000 annorum
ſpacium, tabernacula Scythica

ſeu Semiana ſine proprietate, ſa-
cerdote, lege & literis, nec non
ſine regno habitando, expiaſſent
plus tempore petiti in terra Iſrae-
lis regni ſcelus. Quam autem ſi
mirabilis Deus in cohibendi
ſummis mundi potentiis, patuit
in tertiæ Monarchiæ authore A-
lexandro, qui deliberans ſe velle
excindere Iudæorum Reipublicæ
baſim, coactus eſt ſupplex ſum-
mum adorare Pontificem, quem
venerat necaturus ut perduellio-
nem, & ſuum ſummum hoſtem.
Quarta autem Monarchia nun-
quam excidere potuit eam gen-
tem, quoad per ſummos magi-
ſtratus Rex ab æterno inſtitutus
fuit à ſuiſmet ſubditis cũm Cæ-
ſare Iapetita commutatus, &
poſt crucis mortem ab illis pro-
curatam in cœlum viſibiliter e-
vectus. Licet autẽ ſub Græcis &
Romanis iam bis Iapetitæ in Se-
mianam poſſeſſionem redierint,
omnia

omnia tamen ſub unius CHRI-
STI IESV ducatu, hoc eſt Pon-
tificatu & regno ordinata, & ex
præmeditatione illius ſolius vir-
tute facta fuiſſe, fateri omnino
neceſſe eſt. Ut autem mirabilio-
ra Dei opera in protegenda Mel-
chiſedekiana ſede, & loca iuxta
Adami, triumq; Patriarcharum
cum totidē uxoribus ſepulchrū,
pro ſacris conſtituta, imo ſolius
corporis Naturæ, & non perſonę
palam aſſumendę unigeniti fi-
lii Dei cauſa electa & conſervata
viderentur: Deus in ſacra hiſtoria
voluit hoc in ſacris poni, ut ve-
riſſime credatur, Achſaveroſſciū,
ſive ut vulgo Aſſuerum, qui Eſte-
ram uxorem in Suſis clariſſima
Suſcianæ provinciæ urbe du-
xit, dominium ab Aethiopia uſ-
que in ultimam Indiam habuiſſe
ſuper centum & viginti provin-
cias. Nam hoc per Coſmogra-
phiam oportet duplici nomine
 ſcire.

ſcire. Primo, ut videatur quanta fuerit Divina potentia in שוריה Syriah ſive Suriah, hoc eſt Dei muro conſervando pro Eccleſia. Quum enim Aſſyriorum ſive Chameſitarum à Nemrodo fundatum regnum 1350 annis ſub Aſſyriæ titulo, & poſtea ſub Babyloniorum vocabulo 200 annis ſemper in toto orbe Semiano tanquam caput aureum, & revera minus quam cęteræ, mala ſtatuæ Danielicæ pars, quæ iam ſaltem à Nini & Semiramidis temporibus uſque in Indiam protendebat ſuper omnes gentes non Scythicas imperium: tamen iam ab Abrahami contra Chaldæos victoria 300 vernaculis contra Babyloniæ regem multoſque alios pro liberando Lotho fratre ſuſcepta, uſque ad captivitatis Babylonicæ tempus, nunquam quicquam totis videlicet 1500 an-

nis potuit contra Melchiſedeki
angelum, vel Aſſyria vel Baby-
lonica potentia, tantis alioqui
imperiis quibus præerat munita
& roborata. Secundo, ut longe
mirabilius videatur, quomodo
poſtquam iſtæ florentiſſimæ o-
pes ad Perſas devenerant, illo-
rum clariſſimi principes Darius,
& ante illum Cyrus, ſtatuerint,
ut etiam ex ærario publico con-
ceſſis impenſis graviſſimis, gens
quæ alioqui erat tota in capti-
vitate, ſolaque ſupplicatione &
miſeria extrema ipſis regibus
nota, rurſus fundaret templum,
& rempublicā reſtitueret, quam
nulla vi nec Ptolemæi nec An-
tiocheni reges Alexandri ſucceſ-
ſores totis fere 300 annis obſi-
dendo, & per hæreticos Sama-
ritanos labefactando, potuere
exterminare. Provinciæ autem
120. inter cæteras continebāt Æ-
gyptum, Arabias tres (Petræam,

Desertam, Fœlicem) Syrias, Palæstinam, Cœlem, Antiochenā: Armenias duas, Ciliciam, Pamphiliam, Lyciam, Æolim, Dorida, Troada, Bithyniam, Asiam minorem, Paphlagoniam, Cappadociam, Isauriam, Albaniam, Iberiam, Carduchos, Mesopotamiam, Assyriam, Mediam, Hyrcaniam, Parthiam, Susianam, Chaldæam, Babyloniam, Caspiam, Cadusiam, Mardos, Persiam, Carmaniam utranque, desertam videlicet & habitabilem, Margianam, Drangianam, Bactros, Gomaros, Ariam, Arianā, Gedrosim, Paropamesadas, Arachosios, Paradenenos Indo fluvio proximos, Saghas, Saccasve, qui & Dahæ, & utramque Indiam, sub quibus erant alię innumeræ, singulis temporibus pro tyrannorum principumve arbitrio vocabulis alterari solitæ: & maxime tunc temporis, quum infantili

fantili illo aut puerili ſęculo omnes regis nomen appeterent, & præ ſe ferrent: quod vel in Cananęis videas, in quorum regione, quæ alioqui nequaquam Galliam ciſalpinam etiam cum montoſis locis æquat, probes, quum 32 reges una die & conflictu Ioſue occiderit. Hoc autem nolim dictum ad imminuendam Babylonicorum vel Perſarum vel Mediæ regum potentiam, quæ ſuo ſæculo maxima in toto orbe fuit: ſed ut numerus 120. provinciarum etiam maximarum ſit in tam magnis illis & amplis, quas numeravi, comprehenſus. Nomina enim ſola audivimus ſub Medorum Perſarumq;, & ſub Aſſyriorū Babyloniorumq; regno. Sed quum demum per Alexandri Græcorumque & Romanorum victorias illuc effuſas in Græcorum & Latinorum ſcriptorum tractationem
deve-

devenere, tunc quam essent magna quæ alioqui antea solo nomine innotuerant, visum est. Sic oportebat Remp. perfectissimi exempli & instituti dominam patiendo, fortiterque tolerando omnia adversa, dare eius Regis specimen, qui ab ea esset oborturus, & in paupertate, probro atque dolore, non pro se, sed pro sua gente voluntarie perpessis, demonstraturus omnibus sacrarum & humanarum legum arbitris, ministrisque, dico sacerdotibus, principibus & iudicibus, bonisque & probis patribus, quomodo æternæ memoriæ & premii principatum gerere oporteat. Hic enim erat, est & erit, tam Melchisedeki quam Melchisalemi finis, tam in Conciliis generalibus vel provincialibus suæ Ecclesiæ, quam in summis, mediis & inferioribus eorum populorum qui illis subsunt
mode-

moderatoribus: ut ex Chriſti unius exemplo, omnes ad unius reducantur Pontificatum & Regnum.

CAP. XIX.

De rebus quæ in Iapeti Atlantiſve parte contigere.

QUamvis ex Phrygione, Funkio, Riddio, Iohanne Mario Belga, Lucidoque, & aliis pleriſque magnis noſtri ſæculi ſcriptoribus, licet nondum tempore authoritatem commeruere, poſſit una cum Beroſo antiquitas habitationis Iapetinæ probari, ſicut & omnibus illis conſentiente Catone Romano: tamen ad certiſſimam fidem toti orbi faciendam unus Arnobius ex Varronis teſtimonio ſatis erit. Ait enim libro contra Gentiles, ex Varronis hiſtoria, quæ tum adhuc ſupererat; conſtare: à Iano,

qui

qui cum Gallis Umbrorum progenitoribus & cum Chameſe ex Armenia Scythica Saga in Italiam tunc 140 poſt diluvium anno venit, & primam ibi habitationem inſtituit, quoad Saturnus Chameſes ex toto orbe ob maleficas artes proſcriptus, in regni partem, ita tamen ut lateret ſub Iani authoritate, (unde Latinum nomen ortum eſt,) reciperetur, effluxiſſe uſque ad Hircii Panſæque conſulatum vix duo millia annorum. Quum autem Ianus fundatis duabus urbibus in Italia, iuxta Tyberim fluvium, Ianiculo videlicet ad occaſum, & Saturnia eregione eiuſdem ad ortum, 58 anno vitæ Abrahami, & 350 à Diluvio obierit (ut ibi capiatur illorum 200 annorum principium, ubi finem vitæ faciens, nominis ſui memoriam, in civitatis urbiſve quam condidit, & in montis ubi ſepeliri voluit,

uit, & in fluvio iuxta quem ha-
bitationem elegit, Ianiculum
hæc tria vocando, reliquerat, &
nde certis memoriis ad Auguſti
ſque tempora deveniatur) vide-
ur plane in Iapeti hiſtoria, ſi-
ut & in Semiana, temporum ea-
em veritas. Quum autem pro-
criptus, & maxime excommu-
icatus à ſummo ſacerdote Mel-
hiſedeko, qui & nomine Do-
nini ſui Iovih ſeu Iupiter & Sa-
urnorum nobiliſſimus diceba-
ur, Chameſes nuſquam gentiū
utus eſſet, & ideo maxime ſce-
eribus corrumpere Iapeti ge-
nus ſategiſſet, ut per morum
mprobitatem licentiam vitic-
um ab aurei ſæculi rigidiſſima
liſciplina (quod eſt facilimum)
ibi conciliaret, & præterea Sa-
urnus urnæque depoſitor dici
elſet, ut lòcum & ipſe ſacrū po-
teris conderet, unde quaſi Italia
ua eſſet pars, cū memoria patris
voluit

voluit ſuam in Saturnia colloca-
re: Iapetus, qui alioqui memo-
rias in re ſua non curabat de ſuo
nomine relinqui, voluit in Cha-
meſiæ præſtantiori ad occaſum
parte, ſuper partem huius ſervi
ſervorum, eius nominis ſui alte-
rius & ſecundi memoriam acce-
pta poſſeſſione poni. Centeſimo
itaque & 48 anno à diluvio,
quum ſuas magicas artes veniſ-
ſet ex Ægypto docturus una cum
Iano patre in Italiam, ut tentaret
ubivis evertere Divini decreti
contra illum & poſteros divini-
tus & non humanitus à Noacho
Iano prolati edictum, aut fratres
eorumve filios per ſcelera in cō-
ſimilem iram Dei conducere: Ia-
petus ille priſcus (nam multi Ia-
peti, Iani, Saturnique, & Ioves,
Herculeſque fuere) qui Hatal &
Attalus ob univerſi imperium in
Italia ad locum ſacrum per Iani
patris ſepulturā conſtituendum
dic-

ici voluit, quaſi permiſſo (ſi
oſſet ad ſe convertere) ſuo iure
efario fratri, qui fratrem, &
naxime omnium patrem ride-
at ſemper, negabatque eſſe
rophetam, ex ipſa Italia eodem
ut proximo anno abiit in Cha-
neſiæ occiduam partem: ubi
alam Iapeti, Attali ſive Itali ſi-
e Atlantis nomen eſt profeſſus:
& ne unquam in urbis everſione
eriret, voluit non urbi aut rei
orruptioni obnoxiæ imponi
memoriam: ſed Monti altiſſi-
no, celeberrimoque, & omniũ
uotquot ſub cœlo ſunt amœ-
iſſimo ditiſſimoque nomen
uum Atlanticum imponi, eo
uod ibi Aſtronomicæ diſcipli-
æ multos alumnos reliquit. Et
t adhuc certior fama in excom-
municati fratris parte iure occu-
anda remaneret, voluit ut to-
um mare illud occiduum, quod
monte illo videri poteſt, fineſ-

que tam Iapetiæ quam Chamesiæ terminat, Atlanticum diceretur. Et ut alibi etiam (interea dum multis sæculis conata Deo repugnare Saturnina Chamesis impietas, sponte suis scelestis conatibus corrueret, Deo sensim scelerum vindictam tarditate etiam præter æternam alterius vitæ pœnam compensante) latissime nominis Italici, Attalicive (nam nedum hodie de vocalium usu in Orientalibus linguis convenit) famam extenderet, in eam partem Atlantidis seu mundi novi, quæ alioqui Chamesiæ proxima est, habitatores de suo nomine Atlantidas misit, ita ut demum in Aegypto in sacris annalibus servaretur illius gentis Atlanticæ memoria, quoad Plato bis in suis scriptis illam conservavit, & pene consecravit. Nunc autem fere destructa per Christi victoriam Chamesitana
gente

gente, quintogeniti Tubalei ſive Hiſpani iura patris recuperarunt. Nam iam tota una maxima coniunctione quæ 800 annos à Caroli Magni temporibus durat, ſuumq; effectum uſque ad 1583 Salutis annum, quum alia incipiet, complet, ipſi Gomeritę Galli continue ob ditiſſimas piſcationes adeundo ipſa Atlantidis littora potuerant, ſi animum adhibuiſſent, in ſua iura paterna tãdiu ante Hiſpanos redire. Sed agendũ eſt in omnibus ὥρᾳ καὶ ἐξουσίῃ. Nã vigilantibus, & non dormientibus, iura ſubvenire æquũ eſt. Sed ad rem. Perverſis in Italia rebus à Chameſe, ita ut Gomeri poſteros tanquam ab illo corruptos, coactus ſit Ianus ultra fluvium cum Saturnitis ablegare, & ſeorſim à Tuſcia illa & cultu ſacro Ituræorum Aſſyriorumve, à quo Etruſci ſive Tuſciani (nunc Thuſcanos dicunt) exercendo

dicebãtur, ſeparare: unde quum Galli & Gomrani fugiendæ maleficæ converſationis gratia diſceſſiſſent, forſan ſui Druidæ non habebant amplius eam doctrinæ veritatem, quam Ianus docuerat: Unde & Druidæ & Ethruſci cum ſua imperfecta doctrina, ſtatim publicata legis Semianæ Melchiſedekianæve perſectione in Euangelio, cum ſuis ſcriptis periere: Fundato itaque cum hac perverſa intentione Chameſitarum ſtudio, quo in omnem ſcelerum licentiam, ſed ſecrete tamen, & quaſi ſacrorum prætextu graſſantem, (eo quod infimæ & ſervilis conditionis homines in Saturnalibus 12 ultimis anni diebus ubivis gentium, ſed maxime in Saturnia & Latii urbibus celebrari in Italia ſolitis, una conveniebant) palam tandem licentioſiſſimum & ſervis ſimile, ruſticorum pauperum-
que

que genus, conſpirabant in omne ſcelus: cuiuſmodi aliquando & in Bacchanalibus, aliiſque ludis eſt cum publica etiam animadverſione deprehenſum: Fere itaque de ſanctis Iani inſtitutis nil ſupererat præter cultus externos Veſtalium, à Veſta Iani uxore inſtitutarum: & Ianalia, quæ (ut notavit Herodianus) adhuc à liberis & nobilibus patriciiſque hominibus fieri in principio anni ſolebant, ad Iani honorem, eo quod annum ipſe inſtituerat: ſicut Saturnalia in fine anni in Saturni ſervorum ſervi recordationem fuerant inſtituta. Sed ut & illud modicum quod ſupererat funditus obliteraretur quod de Iani ſanctiſſimi viri & Saturnitarũ exhęredatoris, imo ſcelerum omnium & maximę tyrãnidis profligatoris memoriis ſupereſſe videbatur, & ut Ilia Veſtalis etiam poſt ſacrilegii

& fornicationis ſcelus poſſet haberi innocens, & à deo aliquo compreſſa, Romulus ſummus Chameſitanę improbitatis aſſertor, & inter profugos paſtoreſque educatus, collecta eorũ manu attraxit facile maximã vulgi partem in ſuam ſententiam, ita ut occiſis illis qui eius conatibus potuiſſent obſiſtere, & inter cæteros fratre Remo, libere cœperit profiteri & aſſerere ſe eſſe Romæ fundatorem & conditorem. Quum enim Iani ſaltem ante 1200 annos eſſent duę urbes ampliſſimæ Ianiculum & Saturnia, ita ut locus ille per antonomaſiam Antipolis, quaſi civitatum mundi caput eſſet nuncupatus, & tam ampla iam eſſet Saturnia, ut paulo poſt Romulum, qui tamen nil ibi pręter Aventini montis arcẽ edomando loco opportunã ædificaſſe legitur, trecentis aureorum millibus cura ædiliũ

cura-

curaret solummodo cloacas purgari, quarum (teste, alioqui oculato Plinio) Tarquinii prisci tēporibus fabrica iā tanta erat, ut inter mundi miracula reponi posset, ita ut sub singulis viis in fornicato cloacarū opere currus fœno onustus posse tunc agi diciq; testaretur: Unde constat (sicut non obscure & Virgilius in 8. Æn. & Ovid. in Fastorū 1. & Halicarnasseus Dionysius, Macrobius, Plinius & alii multi scriptores testantur) iam fuisse permaximæ habitationis urbes duas, antequā constructa, in Saturnia, arce, ut loci quem opprimebat videretur fundator, edictum posuit capitale, ne alterum nomen (quasi genius, si efferretur, posset evocari, alioq; traduci fundatio) in vulgus auderet efferre: quod sciens 400 fere postea annis Romanorum doctissimus, nobilissimus & ditissimus Valerius

Soranus, eo quod dixit nomen alterum & iam ante Romulum 1200 annis à fundata urbe impositum esse IANICULUM, insutus in culeum, fuit in Tyberim submersus. Omnes itaque sacras Noachi prophetæ sanctissimi memorias, nomine Iani ubivis repositas extinguere satagit: sed ante omnes alias, quæ in loco civitatis, & in anni constitutione cum temporis æterna certissimaque lege servabantur. Unde fingens se in Martis honorem velle anni ponere principium, abstulit à capite anni Ianuarium, in quo Iani memoria (vel teste in vetustis Problematibus Plutarcho) coniuncta cum primo solis ad nos redeuntis signi gradu destrueretur. Et sic nebulo tyrannorum maximus, sui novi & in decimestri spacio impossibilis anni constitutione, evertit funditus leges tempo-

rum: ita ut nunc ob illius erratum, capita ſignorum à capitibus menſium, quæ una per Iani inſtitutionem ſemper incedebant, diſtent 21 diebus. Nam quum æquinoctialis verni ſignum in ordine quartum, primum gradum cum prima Aprilis menſis æquinoctialis die haberet, nunc cum 10 die Martii habet, ita ut ſingulis 106 annis ſit uno die anticipando erratum. Unde ſi quis demonſtrative velit huius Romulei erroris fontem probare, dividat annos, qui à Romulo ad noſtra tempora 1552. Sal. anno, per 160, inveniet errati finem. Deus itaque probandæ in Noachi prophetiis ſummæ veritatis gratia, voluit in Chameſitana iſthac tyrannide contra Japeti ius inſtituta, & demum per tam validum aſſertorem Romulum inſtaurata, ut etiam ſubactis fere totius Iapetiæ, Cha-

meſiæ & Semiæ præclariſſimis dominiis, & coacta totius mundi potentia & gloria in hac quarta Monarchia Satanæ, demũ quum Semianus REX regum veniret, ut ſponte ſub Cæſare Romulio & Chameſio vitã Paupertate, Probro & Dolore antea abunde probatam poneret: & demum unius piſcatoris, iiſdem armis muniti manu, opera & doctrina, Cæſarũ ordinẽ in Iapetinum ordinẽ ſub Conſtantino, ſi Romæ perſtitiſſet, reduceret. Sed quia princeps ille (alioqui futurus fœliciſſimus, ſi in tabernaculis SemiRomæ acquiſitis perſtitiſſet, ſummaque immunitate abſq; ulla ſollicitudine temporali ipſorum) proſpiciendo nõ attendit huic ſummæ & finali vocationi omnium temporalium principum mundi, non perſtitit, ſed duas Babylones ex una fabricando, duplicẽ cauſam ruinæ mundo peperit: unam

n Melchiſedekiano, alteram in Iapetino ordine. Unde opus fuit hos duos filios una caſtigari, donec omnia Reſtituantur: & quo tẽpore creatus fuit Adamus perſonalis in Geneſeos diebus, eorum in durationis mundi millenariis numero dierum reſpondentibus, politicus & magnus generaliſque totius humani generis homo, maſcula ſacri ordinis miniſtrorum authoritate ex Dei verbo recte intellecto petita, & fœminea temporalis principatus de eius latere educti & proprietatem rerum toti mundo aſſignantis ratione per leges Iapeti ſive Romanas moderata, ſub una ſummi Pontificatus Chriſti potentia, & ſub eiuſdem regni ſapientia componatur: & ſic videatur nefarius tyrannidum ſuſcitator, tam Satanas inviſibilis Eccleſiæ hoſtis, quam Chameſes pſeudopolitiæ author,
fuiſſe,

fuisse, dum maxime nocere cupivit, servorum fratrum suorum servus. Sic ipse Noe, sive Ianus per gratiam seminis sui finalis IESUS CHRISTUS est, vera vitis, & verus panis, attulerit REQUIEM ab operibus manuum nostrarum, de terra cui Deus maledixerat. Sic & hoc modo Christus nunc per Rationalem Iapetini regni ex Melchisedekiano dormiente, incogitante utroque, educti prudentiam & sapientiam, Israelis regnum restituet.

CAP. XX.

De maxima Christianorũm hactenus toti orbi Latino incognitorũ multitudine.

NOn immerito movit scrupulum Munstero, in fine eius declarationis typi Cosmographi-

aphici quam præfixit libro qui
ovus orbis eſt inſcriptus, qui
eri poſſit ut ſit vera eorum ſen-
entia, qui Presbyteri Ioannis
egnum in Semia ponunt: quum
odie conſtet certiſſime, eſſe in
hameſia. Nam veritatem rei
gnorantibus videtur, ſtare non
oſſe, quum à loco regni unius
d alterum ſint pluſquam octies
nille millia paſſuum. Unus enim
d Nilum, alter ſupra, bis mille
nillia paſſuum ultra Gangem
egere legitur. Sed utraque eſt
eriſſima hiſtoria. Unus enim,
ed primus, eſt in Chameſia, cu-
us ditio & regnum à Nili fonti-
bus uſque ad eiuſdem fluminis
Catadupas Aegypto continuas
rotenditur: quantum fere zo-
na torrida, ut vocabant, ſeu via
olis patet. Nam verſus Auſtrum
ere ad primum ſolis ad nos ac-
edentis ſignum, quod fabulæ,
quas refugio, Capricornum vo-
cant,

cant, ad nos vero multum citr
nostrum tropicum exteuditur
ita ut saltem sit eius ditio tot
Christiana, & Melchisedekiana
doctrinæ perfectæ subdita, per 4
gradus meridiani, quæ longitu
do est quam Iapetia nostra ma
ior. Ubique autē fere tam lat
est, quam ubi Iapeti pars isthæ
est amplissima. Et hæc quidem
fama tenui hactenus innotuerat
Cosmographicæ autem mensu
ræ beneficio quanta sit, nunc
primum innotescit. Maxima au
tem pars huius gentis, eo quod
pro pace publica, & non pro ulla
necessitate ad salutem sic fuit à
beato Matthæo, & postea, illo à
rege Hirtaco ob consecratam
inter virgines deo sacras Iphige
niam, quam Rex sponsam peten
adamabat, occiso, à beato Bar-
tholomæo instituta, ut secundū
Apostolorum Consilii ordinatio-
nem una cum necessariis Chri-
stianis

anismi ritibus legalia ad tēpus
pacis publicæ causa observa-
ent, quoad omnes converteren-
ur, habet quosdā ritus à Latinis
ifferentes, & qui sine pacis pu-
licæ beneficio aut decreto Apo-
olico servari nō debuissent: ut
uæ inter cætera servat tā Sabba-
hum quā Dominicā, & etiam in
uadragesima (gens alioqui ad
ortentū usq; ieiuniorū & qua-
uor quadragesimarum observa-
rix) Sabbatho, sicut & Dominica
ie abstinet à ieiunio, valdeq; il-
s duobus dieb⁹ inter ieiunandū
ndulget genio: & in multis locis
Circumcisio, sicut & Baptismus,
bservantur: & qui dolorem cir-
umcisionis suis pueris nolunt
mponere, multo acerbiorem ex
andente ferro, ut plurimū in ali-
ua faciei parte horribiliter exa-
ando inflicto, inferunt. Sunt per-
multi, qui nunquā quicquā panis
duliorumve tota vita, sed solis
herbis

herbis aut crudis, ſi eſu poſſibiles habeant, aut ſine ſale coctis totam 120 & 130 annorum ſaniſſimi degant. Multi vero 180 annos nati, etiam operas ditioribus locant. Vidi ipſe 50 annos natos, quorum patres ultra 180 annos agere mihi ſunt teſtati Ieroſolymis. Sed de moribus non eſt in Compendio tractandum, quum in Diſpunctionibus ſit ordinatum. Unum non eſt obmittendum, quod nullis unquam hæreſeon vexationibus ſunt affecti, quum ob multas alias cauſas, tum maxime eo quod ſatagentes ſemper fieri omnibus omnia, maluere infirmos, modeſte tamen & nõ contentioſe diſceptantes, ſupportare, quam præſcindere aut excommunicare, maxime ubi ſinceræ fidei articulos faterentur & approbarent: palam dicentes Deum tandem effecturum, ut

uicquid falsi dicatur contra ve-
tatem, ipse destruat, & solam
eritatem servari regnareque fa-
iat. Altera causa est, quod Rex
se tanquam immunitatis Ec-
lesiæ conservator verus, & re-
um terrenarum temporalis pos-
essor, nunquam permisit, ut ali-
ujus summi Pontificis aut Pa-
iarchæ sive Abuna (ut vocant)
pes possent crescere, aut dari
lli suorum parentum, aut ut il-
 mortuo pervenirent ad suc-
essorem. Nam omnia Rex sibi
ortuo Pontifice vendicat: &
eo putant, quod se Pontificem
t sacerdotem simul & Regem
ferat. Sed verum non est. Nam
m Romæ quam Ierosolymis
miliariter cum ejus gentis piis-
mis hominibus sum versatus,
ui de hac re & plerisque aliis,
uas in Dispunctiones asseruo,
e informarunt. Major itaque
t Christianismi veri, & non fu-

cati, quemque perinde Rex
quivis princeps ad unguem u
minimus è plebe obſervat, p
tentia & regnum inter Chuſſæ
iſtos Æthiopas, quam apud n
qui ſanctiſſimi dicimur: ea u
culpa, quod omnes Latinę eccl
ſiæ miniſtri ſummis ſoliſque o
bus hactenus attẽti, dicunt, n
faciunt: & ſciunt ferre, ſed n
perferre aut ſufferre leges. Qu
modo autem ſit & unde nat
alter Pretoiannes, attendendu
eſt. Sicut ex certiſſimis reru
Orientalium hiſtoriis habe
Thomas Apoſtolus Indiam m
ridianam uſque in Gangis fin
adiit, ut qui ægre & poſt omn
alios Apoſtolos crediderat, o
nes diligentia & labore vince
contenderet. Ubi itaq; primu
illos quos Malavaros hodie
cunt informaſſet fide, audivit
teriora poſſidere (videlicet ul
Paropaniſos montes & orien
lio

liores Gangis fontes) gentem, quæ jam ante ejus adventum esset iisdem proximè dogmatibus imbuta. Illuc itaque profectus, invenit Tarsestanam regionem, sive Tharsis, cujus reges ad Christum adorandum 40 aut circiter antè annis venerant, & maxima suæ scientiæ Astronomicę regiæque dignitatis authoritate, sed longè amplius virtute illius fidei quam de nuper nato adoratoque IESU per gratiam (nondum emissa Evangelii doctrina) conceperant, jam Ecclesiam amplissimam in nomine Schiahcah, hoc est Solis æterni, sive æterni Imperatoris, collegerant: quumque essent 10 tribuum Israel, quæ ad illum usque meridianum confugerant, pars longè nobilissima, jam illos suos contribules, qui cum illis remanserant, in 10 tribus rursus sub tanti regis obedientia diviserant, (quæ divisio

in hanc usque diem, quantumvi
sint à Tataris oppressi, durat in
ter Tharsenses illos, nudipede
tamen ob Deum incarnatum
Christianos.) Hos itaq; B. Tho
mas informavit optimè de totiu
vitæ IESU Christi doctrina, curs
& fructu. Sed quum duæ ali
partes eorum essent magis ad A
quilones, aut saltem ad Euro a
quilones extensę (nam totis 70
annis, supra decies centena mil
lia hominũ abducta, valde mul
tiplicata esse oportebat, nemp
una citra montes, altera auten
ultra Imaos montes) ad illan
usque quæ erat ultra montes i
ipso extremo ad Aquilones Se
miæ angulo, duce & mittent
admirãdo apostolo Thoma sun
profecti, qui tantam conversio
nem Tatarorum sive oblitaru
ibi 10 tribuum Israelitarum i
fecerunt, ut unus ibi summu
Patriarcha sit constitutus. q
quu

um fuisset ab Apostolo infor-
atus de illa Ecclesia Æthiopi-
, quæ jam 1200 ferè annis ante
hristi adventum ad Iudaismum
Solomone rege, nondum fa-
a divisione Ieroboami, hoc est
Ecclesiæ Catholicæ consensu,
r reginam Saba, & filium ejus
elichum à Salomone genitum,
erat conversa, & demum sta-
n opera duorum primariorum
ostolorum perfecta, reforma-
& conversa ad Christum fuis-
: voluere, ut suus Patriarcha,
ut & Æthiopiæ rex, diceretur
ochan Belul, id est, lapis pre-
osus : unde postea utriusque
minis penes Latinos corru-
io. vocarunt enim Græcè pres-
terum, Æthiopicè Giochan.
d quum illi jampridem à sua
gni in terra Israel malè petiti,
jus acceptati, sed pessime,
relicto Deo, 200 ferè annis
erti, Regisque terreni am-
 bitione

bitione resipiscentes & conversi, rediissent ad Scythi parentis Scytharum tabernacula, sed multo recentiori exemplo, præcepto & memoria ad ea tabernacula in quibus Noe prædixerat, nec sine jussione, Semum Melchisedekúmve habitare, unde Sarmauthicam vitam amplectebantur; isti Semiani Pretoiani assecla tam ut avitum Tatarorum Scytharúmve morem habitandi in tabernaculis, quam ut Christianam perfectioně nihil proprium possidendi sequerentur, vocarunt (humili sane vocabulo) summum illum Patriarcham Orientalem Umchan, sive Emchan hoc est Matricem, matrem sive primarium totius orbis tabernaculum: ita ut sicut alumni Græcæ Ecclesiæ per antonomasiam Patriarchalem Constantinopoleos civitatem dicere sunt soliti πόλιν, & quum eo irent, ire ἐ

τὴ

ὼ πόλιν (unde Turcæ dixere
ambol:) ſic illi omnes in ſuis
ythicis tabernaculis habitan-
s, dicere cœpere ſolius ſummi
ontificis tentorium, & poſtea
ſam etiam dignitatem Vm-
han. Omnes itaque hi populi,
cet Schiahcah regem regum
ocarent, ut à magis (qui ante-
uam nominatus eſſet, illum ſa-
taverant) audiverant eſſe vo-
andum: tamen etiam lingua
ropria vulgari ipſius Chriſti,
uæ ea de re toto in Oriente latè
fuſa eſt, & unde ſacra ſunt in
rgoniam linguam traducta,
leſchicha vocatus eſt: ſicut a-
ud Iudæos Maſſiach, apud nos
x Græcis Chriſtus. Inde factum
ſt, ut ubivis in tota Semiæ O-
entalis parte, paulatim ſyllaba
le, quæ eſt breviſſima, & vix Sy-
acè ſentiri dum profertur ſoli-
a, quia aut ſine puncto aut cum
eva legitur, intermiſſa, ipſi Chri-

ſto remanſerit nomen Schicha, Schiacha & Sachah: quo vocabulo in tota orientali Tataria, in Serica ſive Mangi, in China, Cochinna, Cochinchina & Cathaio, atq; adeò in inſula Giapan nuper à Portugallenſibus juxta Semiæ littus reperta, & jam per Ieſuitas ad Chriſti meliorem cognitionem revocari ſolita, nominatur. Licet autem ſumma Satanæ invidia & factione per Neſtorianos toto in Oriente ſuſcitata, perierit defectu bonorum librorum Evangelica doctrina, cum proprio ipſius Chriſti nomine, ita ut pauci Nazaran (nam Chriſti Græca vox ibi ignoratur) ſe ſciant vocare, quantumvis baptiſati ſint: dico pauci, comparatione priorum temporum, non in ſe; nam ſunt nobis Latinis multo plures: tamen & qui à Schiacha, & qui à Nazareth Nazran dicuntur, omnes revera

in

In hoc consentiunt, quod fuit ante 1500 annos Rex unus ex sua matre, absque eo quod pater illam unquam contigisset, natus, qui in vita sua totus fuit miraculosus, in fine ultimo Asiæ, siue Semiæ, aut ad occidẽtem solem, (ut ex illis quæ ipsi Iudææ orientalia sunt locis ostendunt) qui fuit Rex potentissimus, & filius Regis potentissimi, & qui jussit ut virtus & sanctitas toto in mũdo servaretur: & ita fuit potens, ut idola toto in mundo jusserit & fecerit per suos nuncios frangi (quod innumeris idolis fractis in sua patria eorum Apostolorum jussu, verum ostendunt) & unum Deum qui solus est, & tres tamen facies habet (unde per imaginum abusum in tota insula Giapan statuæ maximè tricipites, & aliæ mulieris puerum in ulnis gestantis, quæ erant, ut videtur, Deiparæ virgini consecratæ, adhuc ex-

tant, ut ex prima Ieſuitarum de rebus Giapaneis Epiſtola patet) in toto mundo adorari curaverit, feceritque. Et revera quum Giapan & extrema Semia parũ, aut quaſi nihil, maximè Aſia, ab Atlantide diſtet, credibile eſt, odorem hujus imperfectæ cognitionis de Chriſto, quam Tarſenſes Magi attulerant, una cum crucis memoria, perveniſſe uſq; in ſeptentrionalem Atlantidem, in Culhuacana regione, ubi cum jejuniis & vitæ ſumma auſteritate quidam Quezalcouatlius, veſte alba rubeis crucibus obtecta veſtitus prædicavit Dei unius timorem, & pœnæ præmiique æterni poſt hanc vitam eſſe neceſſario futuram retributionẽ. Boni enim viri ibi credebant, QUOD DEUS EST, & quod remunerator eſt. De iſto quidem nihil dixero, niſi quia facilè mihi perſuadeo, longè magis in omnem

terram

terram demisisse sui primi adyẽtus & Apostolorũ sonum, quam nunc victoriæ Christianorum circa orbem terræ fama decurrat, ob subacta Chamesiæ, Semiæ & Atlantidis littora. De Asiæ Semiæve finibus, & de Giapan, res est omnino certissima. Nam non ita ante multos annos quidam ex Armenia Episcopi, tanquam qui vicini sunt Antiochiæ, ubi post excommunicationem Quartodecimanorum, Orientales primam veramque contendunt B. Apostoli Petri sedem esse, solebant eo proficisci, illorum confirmandorum & baptisandi gratia, postquam sedes Umchan fuit à Chingis Chan destructa, eo quod nunc vix suę ditioni tutandæ satis sit. Sic autem res contigit. Quum ille Orientalis Pretoianus optimè ab initio institutus in suo ordine & successoribus, per opes (ut apud nos) mi-
nistris

niſtris in proprietatem datas, cœpiſſet ambitione, luxuria & ſummis opibus, à Paupertatis, Doloris & Probri vita in virtutis exercitio penes primitivæ Eccleſiæ Chriſtianos conſtituta recedere, cœpit tyrannice ſuo sopprimere, & illorum vires ne contra eum rebellarent ob afflictiones, ſeparare, atque in lite exercere: donec tandem miſerorum Tatarorum (ſic enim vocabantur, tam quod non eſſent converſi, quam quod erant illorum Turcomanorum & Turcarum, qui pridem inde ad occaſum redierant, reliquiæ, quæ Syriaca & Hebraica lingua Totar dicuntur) Deus, qui omnium, & maximè ſuorum afflictionibus converſorum ubivis gentium miſeretur, illos ad rebellandum tam vehementer contra Vmchanum commovit, ut illum in bello fregerint: & paulò poſt, ut non tantum illius,
ſed

ſed totius ferè orbis uſq; in Germaniam peccata punirent divinitus, ad montis Imai radices mare illis per novem pedes (referente Haytono) aperuit, & illos ita emiſit, tantaque ibi eſſe multitudine oſtendit, ut rurſus in ortum clariſſima, verſus occaſum minima, verſus Auſtrum mediocris pars emiſſa, revera, ubi Christiani erant, in odium Vmchani, fecerint Iug & Mugug, ut vocāt, ſeu Gogi & Magoghi (ut ſacra dicunt) incurſionem, deſtructa ubivis Chriſtianæ Eccleſiæ facie. Hæc autem circa annum Sal. 1230 facta ſunt, ut & Hayton Armeniæ rex, & Polus patricius Venetus, qui tum vixere, & ibi fuere, ſcribunt. Voluit quidem poſtea Vmchanus ille rex (nam tributariis Chriſtianis permittitur ſub Chan, id eſt ſub papilionis tabernaculíve olim ſummi, nunc autem & civitatum maximarum

marum & summi regni mundi Dominis, ut Vmchani eligantur adhuc, sed miseriores sint quam sub Turchis hodie) olim superbissimus, antea Patriarcha Constantinopolitanus, ut postea in statu confirmaretur, ut filiarum ejus una daretur in ancillā summo Chan, eo quod fuit destructus, propterea quod Chingisse Chani propter fabrilis artis vilitatem, à qua divinitus in Regem fuerat electus, petenti filiam in matrimonium dare noluerat. Et sic totis 300 annis, & supra, vixit obscurus, & sub Chan Tatari lege permissiva, qui permissivam Dei quàm ordinativam in sua tyrannide voluntatem maluit facere. Ceterum Tarocorama provincia est, ubi & Vmchan Christianus summam amisit, & Tatari summam acquisivere oppressis Christianis potentiam: ad quam ut à nobis eatur, sunt post 20 men-

menſes longi itineris à Roma incipientis 40 dies continui deſerti. Populi autem Chriſtiani Argonii tam potentes aliquando ibi fuere, etiam poſt deſtructum Vmchan, ut tracto in ſuam ſententiā Argone filio Abaga Chan, qui patris alienati à Chriſtianis licentia factus eſt Chan & ipſe Chriſtianus, potuerint uſque in Franciam ſollicitare principes Chriſtianos contra Iſmaelitas, qui jam partem Tatarorum in ſuarum nugarum deliramenta Coranica pertraxerant. Quoniam autem illa mutatio affinis eſt illi, quam ſuis ſibi factionibus quidam, credentes Deum per Chriſtum amplius res humanas non curare, in caput accerſunt, qui curantur & non ſanantur, quibus cantatur & non ſaltant, qui nil aliud habent quam כי צו לצו קו לק Manda manda, expecta expecta: ideo in hac hiſtoria

ſtoria volui exponere, tam ad rei nuper geſtæ veritatem, quam ad propediem, ſed longè majori ſtrage & vindicta futuram, ut qui legit intelligat. Quanta fide ſuperſint in aliis regionibus Chriſtiani, vel duo abunde exempla probabunt. Unum, geſtum in civitate Samarcanda, ad Hircani maris ortum ſita. Quum enim ſub illis Chanis Tataris qui opera Regis Armeniæ Haytoni fuerant ad fidem converſi, Chriſtiani illius urbis conſtruere maxima totius orbis forma templum D. Ioh. Baptiſtæ memoriis vellent, & ad altiſſimæ latiſſimæque, & ideo ſuper unam columnam in medio ſitam quieſcentis fornicis machinam ſuſtinendam indigerent ſumma altitudine columna, perinde forti uti & alta: Iſmaelitæ autem, quorum opes & vires à Chriſtianis principibus tunc affligebantur, haberent co-

lumnam jam exciſam, quæ operi idonea ſuſtentando erat: coacti ſunt illam concedere Chriſtianis, ita ut opus inde dependeret. Cęterum paulo poſt principibus Chriſtianis vita functis, & Iſmaelitis prævalentibus, ſtatim populus evertendi templi gratia repetivit à Chriſtianis ſuam columnã. Unde Chriſtiani ad ſolius Dei ſpem cõverſi, tanta vi fidei illum implorarunt, ut in ſublime elevata fornix, una ſecum, quaſi unum ſaxum continuum eſſet, traxerit columnam pluſquam pedali altitudine à ſua baſi. quo miraculo vix ullum eſt magis viſendum: & cujus gratia multi Iſmaelitæ ſunt ad Chriſtum converſi. Non minori fide ſe eſſe, quamvis pauci ſuperſint in Perſide circa Tauris, paulo antè oſtenderant, illis, quibus, quũ juſſu Iſmaelitæ Chaliphæ volentis in Chriſti doctrinam calumniam

ſtruere, dictum eſt, omnino eſſe
falſam legem Chriſtianorum,
quæ unam meram falſitatem in
ſe haberet, Chriſtus dixit, fo-
re ut ſi quis fidem haberet, mon-
tem ſuo moveret loco. Hoc unũ
eſſe decretum, ut trium rerum
propoſitarũ una neceſſario fiat:
aut ut fide orationéve tanta ſe
eſſe monſtrent, ut talis mons à
ſuo moveatur loco: aut ut ſi ne-
queant, dogma Muhamedis pro-
fiteantur: aut tertio, ſe ad unum
necandos eſſe ſcirent. Tunc om-
nibus conterritis, ſurrexit unus
fide plenus, qui confortatis cæ-
teris juſſit illi monti dicens: Tu-
ro Zel Men Hoſſo bſemo dIeſu:
Mſicho moran. quod ex Chriſt
lingua in noſtram verſum ſonat
Abi mons hinc in nomine Iesu
Chriſti Domini noſtri. Et ſtatin
ita motus eſt à ſuæ baſeos loco
mons, ut permulti Iſmaelitæ tũ
viſo miraculo facti ſint Chriſtia

ni

.i. Mons autem media in plani-
ie eſt, referentibus Chriſtianis,
nter Bagdad & Tauris. Duę vero
es maximè perdidere ibi Chri-
ianiſmum: defectus librorum
Evangelicorum, quos ubicunq;
oſſunt habere Muhamedici de-
truunt, ſed multo magis vivæ
ocis & prædicationis veræ: al-
era illa eſt, quod traducta in
uorum bonorum operum & in
uæ ſanctioris vitæ merita, popu-
arium ſpe, prælati, & longè ma-
gis religioſi monachique, quorũ
n Giapano, Cataio, Mangi & ali-
i eſt infinita multitudo, hypo-
criticam vitam ſimulata ſpecie
ſanctitatis aſſumens, & ſibi ſolis
legis cognitionem vendicans,
converſa eſt tota in abominan-
diſſima ſcelera, ita ut iram Dei
loco reconciliationis provoca-
verint, & nil planè ſacræ doctri-
næ nec apud eos, nec apud po-
pulos remanſerit, ſed ſolummo-

do puplicæ & ſeveriſſimæ (uti in primitiva Eccleſia præſcribebatur) pœnitentiæ forma quotannis per 80 aut 90 dies repeti ſolita, neglectum pietatis in cæteris genuerit. Et certè, etiamſi vera eſſet apud quoſcunque populos pietas & Chriſti cognitio, inciperentq; falſa quadam vel ſuorum vel alienorum prętequam unius Chriſti meritorum confidentia ſuperbire populi, eſſet potius velut à Deo ipſo ordinatus æneus ſerpens conterendus, quam ut Divino honori quicquam detrahatur. Summus autem Pontifex apud Giapanios, qui dicitur Voü, eadem cum ſuis Bonzis (ſic enim ibi monachos vocant) hypocriſi utitur, niſi quod (ſicut & cæteri ſacerdotes) uxoratus totis dimidiis lunationibus, dum luna videlicet à ſole recedit, ſummis & aſſiduis vigiliis, jejuniis & precibus vacat: altera autem dimidia
luna

na, luxui & amplexibus quan-
m poteſt attendit. Sic & ipſe
mchanus in Aſia. Sed non eſt
ibium, quod, ſi quis ſumma
rudentia cum illis ageret, ita ut
on deſtruere, ſed Reſtituere il-
rum perſuaſionem ſe fingeret,
oſtramq; reponeret; quam non
t dubium hæreticorum factio-
e & prælatorum ſegnitia illos
erdidiſſe doctrinam de Chriſto:
t per ignoti Dei colluſionem
aulus Athenienſes captavit: illi
atim non ſolum converteren-
ur, ſed rurſus totum Orientem
onverterent. De Iſmaelitis, ubi-
unque ſunt, non eſt dubium, eſ-
e ſemichriſtianos: qui, etſi non
erè, ſed ex occaſione, memorias
eteris & novi Teſtamenti ſpar-
unt: & inter cæteros multos
Chriſtianæ fidei articulos, ſaltem
oc mordicus tenent, Quod IE-
us natus ex ſemper-virgine
Maria, atque de ſpiritu ſancto

conceptus, & à Christianis receptus, est CHRISTUS in lege Iudaica promissus, qui in anima & corpore est in cœlo, ut summus Dei amicus, UNDE VENTURUS EST JUDICARE VIVOS ET MORTUOS JUDICIO JUSTO. Licet enim non potuere hactenus, quomodo Deus sit trinunus, aut quod Christus sit Deus, aut quod Deus illum permiserit occidi & mori (quod caput & summa finisque fidei est) intelligere, quia nemo illos docere per rationem, ut opus est, satagit: tamen illi omnino sunt ut Christiani perfecti fierent dispositissimi, maximè in Turchica aula, & in Pharsistam seu Perside, penes Sophi. Quum summa miseria & infirmitas, imo perniciosissima utrobique licentia scelerum, nobis omnino abstulerit libertatem agendi ex sola verbi Dei, quantumvis etiam re-

ctè intellecti, autoritate: quam necesse est vel exemplis vitæque sanctę probitate, vel signis & miraculis inculcari, contra falsitates cujuscunque sint authoritatis: ita ut utroq; beneficio simus hodie omnino destituti: & solummodo videamur in hoc nati, ut Diaboli instar nil aliud omnino agamus quam calumniari illos qui nobiscum non consentiunt: opus est sanè, ut ad Rationis rectæ veręque, hoc est à Christo illuminatæ & restitutæ arma descendētes, satagamus, ut omni poscenti aut petere potenti rationem ejus quæ in nobis est fidei, ipsam reddamus Rationem, quæ omnes compellat salva libertate intrare, ut sic ex semifidelibus aut semichristianis fiant toti in solidum Christiani. Ideo Deus nobis præparavit hanc messem, in qua hodie innumeri sunt qui magis ex animo (quam-

vis extrinsecus per solas Coran
nugas commoti) cupiunt fie
Christiani quam nos, qui cogn
tionem Dei & Christi filii ejus, e
uno fidei Symbolo profitemur
& cane pejus & angue nos mu
tuo odientes aut dilacerantes
pejorem statum in mundum có
tum Ismaelismis sensim introdu
cimus: ita ut merito valde & ve
rissime scripserit quidam, Suo
alumnos esse decies Sodomiti
deteriores. Illos enim cernebat
jam statim ex quo incepit illis
novam libertatis viam aperire
esse δὶς διὰ πασῶν omnibus sce
lerum formis pejores illis, quo
tanquam Babylonica captivita
te oppressos reformare volebat
Ratio itaque, ut dixi, divinitu
nunc à Christo in omnibus illi
qui illi parere volunt restituta
cogat omnino intrare tantam
gentium multitudinem ad æter
næ veritatis convivium necess

est. Ideo sunt per linguæ Arabicæ beneficium in totam Chamesiam (præterquam ubi jam sunt Christiani) & in totam Semiam, & in tertiam Iapetiæ partem, non sine Dei misericordia, quantumvis cum veneno Coranico diffusum, cum excuso in ea Evangelio conducendi ad perfectionem ejus veritatis, cujus jam 980 annis lucem gustant. De orbis terrę Concordia ad hujus rationis præparationem fuit pridem scriptum, & typis Oporini excusum opus. Evangelii Arabici vetustissima exemplaria sunt in hoc comparata. Ad hoc jam est procurata in ipsius Christi lingua ejusdem Evangelii pro Semianis Christianis conservandis confortandisq; typographia. Desunt, qui opus una promoveant. Sed Dominus, cujus opus est proprium, non deerit. Vna sola legatione, à legatis, pro Christo mori, solum ut dent

ſuæ fidei rationem, paratis, apud omnes mundi principes animoſiſſime ſuſcepta, tantum negotium pauciſſimis annis poſſet perfici. Nam quod ad Atlantidis habitatores attinet, quantum poſſunt armis milites conſequi, tantum gentium in fidei obedientiam veniunt. Sed nec vis nec authoritas ſine probitate vitæ, fecit unquam firmum fundamẽtum. Poſt Iſmaelitas vero ſunt ſolido imperio & abſoluto Moſcovitæ. Unde ratione prius erga Iſmaelitas adhibita, ſummæ potentiæ mundi, una ex Latino orbe, altera ex Æthiopico, tertia ex Scythico (in qua re exequenda, finis eſt Coſmographiæ) poterunt contra Iſmaelitas, ſi rationem ducem fugiant, comparari, ut ſicut manus ejus in Reipub. Chriſtianæ everſionem fuere cõtra omnes: ſic & manus omniũ, vel ſaltem inter Iapetitas Semianos,

nos, & Chamesitas conversos
præstantissimorum, contra eundem
ad eum debellandum convertantur.
Sed conandum summa diligẽntia est, ne sacrosanctæ
hujus repensionis & vindictæ
Diuinæ ministri, ex quacunque
tandem parte mundi procedant,
suam victoriam avariciæ, superbiæ
aut luxuriæ, cæterarumque
libidinum infamia, uti hactenus
factum est, commaculent: sed ut
solius æternæ Rationis, cujus
Ismaelitæ sint capaces, assertores,
in seipsis prius quàm in hostibus
leges observari demonstrent.
Nam nulla gens hactenus,
& minimè omnium Ismaelitica,
unquam Christianismum
ob doctrinæ Euangelicæ veritatem
exhorruit aut fugit: sed propterea,
quod ipsius sanctissimi
status professores tam spirituales
quam temporales, factis suam
legem negant. Hæc enim fuit
causa,

causa, quam vaferrimus nebulo & bis Chamesites Muhamedes prætexuit pro suo Alcorano stabiliendo, ut lex tandem haberetur, (ut dicebat) quę facilius posset observari. Et ita incautos traxit in ruinam: quam ne malis moribus amplius confirment augeantque Christiani, cavendum est.

FINIS.

IN-

INDEX RERUM ET VERBORVM.

A.

Aphrica

B.

C.

Cata-

Chus,

D.

E.

F.

Fra

G.

H.

I.

K.

L.

Leonis

M.

O.

P.

Q.


R.


Riddius

S.

Thuit-

FINIS.






GUILIEL. POSTELLI

De

SIGNORUM COELESTIUM

vera configuratione.



AD

Reverendissimum I.C.P. & D.

D. ODETUM CASTILIONEUM

Cardinalem Episc. Bellovacens. Parisiensis universitatis Conservatorem.



T nomine universitatis hujus, quæ jure merito hoc vocabuli justius agnoverit quā hoc universum, & tibi & illi congratuler, hoc quicquid id est, tibi inscribo. Tibi quidem certè gratulor, quod viro nobilitate singulari & animi & corporis & externis bonis ornatissimo, Restitutionis omnium doctrinarū tempore obtigerit id muneris, in quo possis maximum tuæ administrationis munus exercere. Universitati autem maximè gra-

tulandum esse judico, quod illius rerum peritissimus, & erga illam optimè affectus Conservator, quique summa penes Regem authoritate valeat, illi nunc contigerit. Ejus itaque alumnus quamvis mea tenui admodum diligentia minimus & obscurus, animo autem permaximus & nulli unquam mortalium cessurus in ejus dignitate promovenda, te conveniendum duxi nomine illius communis Reip. Intellectuariæ matris, ut hoc re purgati à fabulis cœli munus ab ipsa per me accipias, idque duplici nomine. Primo ut memor ipse videar beneficii illius quod statim post tuum in aulam adventum mihi impetrandum à rege duxeras, cujus etsi nullum indè commodum accepi (Nam sigillum regium, cui etiam summas impietates imponũt, quod apud te ex animo defleo, mihi negavit
quo

quod æquiſſime impetraveras, pro ſummo videlicet Regiæ majeſtatis honore) tamen tibi ſummas gratias de illo habere me teſtificatum poſteritati relinquo. Altera cauſa in futurum tendit, ut videlicet, quum pax permiſerit, ut curet lectoribus ſuis numerare, mihi etiam ipſe curet Rex proſpicere, & facere ne meũ alioqui in quacunque diſciplina nõ omnino infimum auditorum concurſum, cogar exigendo ab illis neceſſaria amplius abigere. Sunt enim ea quæ doceo ſtipendiis Regiis digniſſima, à quibus percipiendis licet toto decennio ceſſavi, in ſumma tamen occupatione, & ad Regis majeſtatem, & ad univerſitatis reſtitutionem maximè faciente, fui aſſiduè pluſquam lector. Vale.

RATIO INSTITUTI.



UUM *in hoc Natur[ae] templo & Theatro inte[r] illa qu[ae] sub sensum ca[dunt], nil nobis sit à De[o] Opt. Max. propositum excellentiu[s] ipso cælo, quumque in hoc ut possi[t] haberi qualis est, sit ad hoc homin[ibus] propositum, ut duce Sole & Lun[a] motum stellarum ipsarum reduca[nt] in dies, menses & annos, revera i[n] rebus sensibilibus inter illas res qu[ae] in usu disciplinarum, rationem hu[manam] adjuvant, nil potest à nobi[s] aut homini magis necessarium, au[t] creatoris imperio & gloriæ mag[is] consonum tractari, quam ut de[scriptionem] scriptionem ipsius cæli cum suorum signorum restitutione secundum ra[tionis] tionis veræ præscriptum constanti[s]sima forma figuraque, & nunquam postea immutanda tradam. Quum autem olim Fabularum & Idolola[tria] tria venenum, & fingendi men[tiendi]* tiendi

iendiq; ſtudium ita infecerit Græcos, qui primi in lucem ea quæ ab Orientalibus puriſſima accepere cõtaminatiſſima emiſerunt, ut cœlum ipſum fabulis omnino oppleverint, ipſaſque cœli, quod maximè eſt & ſubſiſtit, configurationes fabulis & rebus quæ aut nunquam fuere, aut ut plurimum indigniſſimæ fuerunt, depinxerint, illud eſt operæprecium, ut totius cœli configuratio, figuris quæ maximè in rerum natura conſiſtunt, & omnibus notæ ſunt exprimamus. Quum itaque nil ſit in tota dimenſionis ratione notius aut magis familiare, quàm Duangulus, Triangulus & Quadrangulus, ut in quas figuras neceſſario nobis eſt omnino reſolvendum quicquid in tota rerũ natura menſuramus, Satagam ut in duodecim quadratas figuras, duodecim ſigna diſtribuam. Et quia ab obliquo orbe ad ſuum polum utrinque ſuperſunt duodecim trianguli, duodecim

etiam ponam ad Septentriones, & duodecim ad Meridiem, & ita faciam triginta ſex imagines cœli. Auditores autem Moſis, à quibus hanc didici, & acceptam refero doctrinæ traditionem, ponunt datis cuilibet triangulo denis baſeos gradibus, ad ſeptentrionem ter duodecim, ad meridiem autem totidem & ſunt 72. trianguli. Ego autem compendii cauſa ſic decrevi, ut ſint utrinque tantum duodecim. Facio itaque ſingula ſigna quadrata, ita ut contineant ſingula triginta gradus in longitudine, & totidem in latitudine, id eſt, quindecim citra, & 15. ultra lineam Eclipticam. Sic trianguli habebunt in baſi triginta gradus, & in lateribus ſexaginta, tres autem imagines una conjunctæ facient nobis unum duangulum. Et ſic nullæ plane ſtellæ remanebũt extra configurationem. Sed ſicut fuit ſecundum ordinẽ naturalem neceſſarium ipſimet creatori, ad hoc ut

poſſet

posset aut de materiæ potẽtia educere formam, aut de animali corpore facere spirituale, ut in ipsa fæce elementorum & materiæ primæ, occuparet, veluti ad secernenda de materiæ & mortalitatis medio quatuor elementa formalia & spiritualia, suas intelligentias & actuales primasq; substãtias: sic est mihi in hac formæ cœlestis cõstitutione faciendũ, ut ipsis fabularũ vocabulis utar, ad deducendos ex illa falsitate ad hanc veritatem homines, in illis opinionibus corruptos, sicut jam feci in correctione Calendarii quã gallicè præfixi vitæ Christi & annuis Euãgelicæ lectionis terminis, positis veris & antiquis mensibus in eo loco veterũ, ubi hodie notamus intrare Solem in signis. Est enim certissimum, olim à patre mundi Noacho Ianóve fuisse posita capita mensium cum capitibus signorum. Sic est omnino decretum, ut adminiculo harum fabularum veritatẽ vulgaribus reponam.

Sed antequam hoc aggrediar, ſunt mihi fabuloſæ imagines exponendæ, eo quod vulgaribus non fieret notio rerum, niſi per hujus falſiſſimæ fabuloſitatis medium à Satana introductum. Maligna enim illa (quæ tamen princeps mundi inferioris, maleficaque privationis materiæque informis intelligentia & eſt, & cognoſcitur, & dicitur) virtus neceſſariò in mundum ob difficultatem virtutis, & formarum bonarum excellentiam introducta, ſategit maximè, uti & tenebris animos naſcentium involvere obcæcareque rationem, ita & falſitatem fabuloſitatemque quantam potuit rebus omnibus, & ante omnia ipſis cœleſtibus immiſcere. Sed uti ſorex indicio nunc peribit ſuo.

DE

DE DUODECIM SIGNIS FABULOSO NOMINE EXPOSITIS.

SUNT itaque duodecim ſigna: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgò, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Loco autem ipſorum ſunt ponenda duodecim ſigna, ſed per ſimplices numeros primo aſſignata, ut olim ante Romulum faciebant Ianiculani, ut adhuc in Quintilis, Septembris, Octobris, Novembris cæteriſque menſibus à Romuli tyrannide perverſis videtur. Nam menſes & ſigna erant in eodem loco cœli ut reſtituimus. Sed ut ſit major cognitio & diſtincta, eo quod hominis & humanæ naturæ cauſa maximè omnia

omnia ſunt comparata, & ante omnia cœlum ſtellæve, nos præcipua dominatione & membrorum à ſe rectorum gubernatione, quam habent ipſæ ſtellæ in humanum corpus, denominabimus. Primum itaque ſignum Capitale aut Capitarium dicam quòd pręſit capiti: Secundũ Cervicarium aut Collarium, Tertium Humerarium aut Brachiarium, Quartum Pectorarium aut Præcordiarium, Quintum Cordiale aut Regium, Sextum Stomacharium Coſtariúmve, Septimũ Umbilicarium Femorariúmve, Octavum Seminarium Pudendúmve, Nonum Coxarium Natariúmve, Decimum Ianuarium aut Genuarium, Undecimum Tibiarium Surariúmve, Duodecimum Pedaneum. Sic autem eſt uſu medicorum obſervatum, ut ſi Sole ſtante in illis, aliquod vulnus aut morbus ac-
cidat

cidat illis partibus, tunc ægrè admodum curationẽ admittant. Præterea non debere, ſi poſſit fieri, tunc illas partes medicamentis tentari, hoc autem eſt uſu ipſo etiam probatum. Luna vero etiam cum aliis planetis confirmatum hoc ipſum reddit. Eſt igitur primus quadratus nobis in Ariete collocandus. ſed tamen eſt ſatagendum, ut omnia in eo loco incipiant, in quo olim tempore conſtituti anni erant. verum ſuo loco iſta.

De imaginibus quæ ad ſeptentrionem tendunt.

URſa minor, quæ & Arctos Græcè eodem ſignificante vocabulo, unde & polus arcticus dicitur, ſimiliter & cynoſura, hoc eſt, canis cauda dicta eſt, habet in ſe 8. ſtellas, quarum illa quæ in cauda eſt extrema, polaris dicitur à noſtris, ab Iſmaelitis

litis el Ruccabah, hoc eſt navigatoria, à nautis Italis la Tramontana vocatur, diſtans ab ecliptica 66. gradus, à polo 2. in triangulo ad tertium ſignum ſive Humerarium pertinente, quod fabulæ geminos vocant, ad 10. gradum longitudinis, ut eſt in tabulis, in Ptolemæo autem 1. gr. gêminorum. in 19, ut ex ſupputatione Alfonſi patet, ut autē habet Schonerus, in 21. Verum melius eſt ut nomina exponam harum fabularum, ut in ſuos triangulos omnia reducam.

Urſa major, quam dubbe vocant Muhamedici, currus à vulgaribus dicitur, habet 27. ſtellas. extra ſe 8.

Draco ſive ſerpens 29. Daban Arabibus.

Ceſeus, cujus dextri brachii ſtella alderah iemin dicitur, hoc eſt brachium dextrum, habet in ſe 11. extra ſe 2.

Bootes

Bootes habet viginti & duas intra, unam extra.

Corona ſeptentrionalis 8.

En gonaſin Herculéſve genuflectens 30.

Vultur cadens 10. aliàs vega liráve.

Gallina 17. & extra 2. cygnus.

Caſſiopea ; cujus pectoralis Seder Arabibus dicitur, 13.

Perſeus cum Meduſæ capite 11. extra 3.

Erichtonius alhaioth 14.

Serpentarius anguitenens 24. extra 5.

Serpens 18.

Telum quod ſagittarium vocant 5.

Aquila vultúrve volans 9. extra 6.

Delfis 10.

Equus prior 4.

Equus alter ſive pegaſus 20.

Andromeda 23.

Deltoton triangulúſve 4. Omnes

nes ſeptentrionales ſtellæ 36 ſed magnitudinis primæ ſunt tres, una intra coxas Bootis, altera in lyra, hircus aurigæ tertia.

Meridionales imagines.

CEtus ſive Balęna 22.

Orion 38. una quarum dextrhumeralis magna eſt.

Eridanus 34. ultima aquæ magna.

Lepus 12.

Canis major Syrius 18. extra 11. In ore magna.

Canis minor 2. una magna dicta Algomeiſſa aut Procyon.

Argonavis 45. una magna in remo extremo.

Hydra 27. duabus extra formam poſitis.

Crater ſive vas 7.

Corvus 7.

Centaurus 37. duabus magnis una in uno pede, alia in alio

dic

dico in anteriori pede.

Lupus 19.

Thuribulum aráve 7.

Corona meridionalis 13.

Piſcis meridianus 11. extra figuram 6.

Summa 316. quarum 7. primæ ſive magnæ.

Duodecim ſignorum fabuloſorum imagines.

ARies 13. & extra 5.

Taurus 33. una magna in oculo, 11. extra.

Gemini 19. extra 7.

Cancer 9. extra 4.

Leo 27. extra 8. una in corde magna.

Virgo 26. extra 6. una magna quæ ſunbuleh, aut ſpica virginis dicitur.

Libra 8. extra 9.

Scorpius 22. extra 3.

Sagittarius 31.

Capricornus. 28.

Aquarius 42. extra 3. magna

una in ore piſcis, quę ea de re di-
citur Arabicè fom elhaut, ſeu o-
piſcis.

Piſces 34. extra quatuor.

Summa 346. quarum ſunt
magnæ. omnes ſtellæ numerata
& ab hominibus 1022.

De incognitis noſtro orbi ſtellis.

OBſervavit vir æterna dignu
memoria Americus ſeu Ab-
bericus Veſputius Americæ in-
ventor, & eorum qui invener
primo Fretum Magagliano at-
tributum dux, eſſe circa polun
Antarcticum ſtellas plures 20
tanta claritate quanta eſt Venu
aut Iupiter. Sed juxta polun
ſunt tres maximæ ſic diſpoſitæ
★ demum ſex aliæ ſic:

* * * *

★ ★ ★ ★ qua
ſubjunxi ad poli cognitionem.

Quan

Quam ſit neceſſarium figuras ſignorum cœleſtium veras falſis fabuloſiſque ſubſtituere, & demonſtrativas facileſque cuivis conſtituere.

OMnes creaturas, & ante omnia ſtellas eſſe in hunc finem factas, ut ab homine cognitæ in creatoris laudem referantur, hoc clariſſimum eſt. Siquidē hoc eſt revera ſcire, quum & per cauſam, hoc eſt demonſtrativè & verè, & propter cauſam, hoc eſt ſummopere colendo cauſarum cauſam una cum ſuis miniſtratoriis virtutibus, cognoſcimus. Neceſſarium itaque eſt reducere in hanc figurationē imagines ſive ſigna cœli, ut non per fabulas, ſed per demonſtrationem poſſint, nulla planè extra figuras relicta, cognoſci. Duodecim ea de re duangulis figuris, (quæ ex contactu duorum

ſemicirculorum tanquam meri-
dianorum fiunt) à polo in polum
duodecim ſigna comprehendi,
& in illis omnes ſtellas cœli. Se
ut ſuprà dixi, opus eſt 12. ſigna i
medio collocare in quadrata fi-
gura, & demum duodecim trian-
gulos utrinque, ut in principi
dixi, ut ſint loco 50. imaginum
cœli (tot enim ponit, & non tan-
tum 48. ut Ptolemæus Gebe
Arabs, quem habeo in ſuo Al-
magesto) tantum 36. ſive ter duo-
decim. Sed ubinam ſit incipien-
dum, paucis tractare viſum eſt.

Vbinam debeat non opinione, ſed demonſtrativa ratione anni & ſignorum principium fieri.

QUum ſit hiſtoriis certiſſimi
conſtantiſſimum, varia a-
pud varios populos fuiſſe anni
principia, ita ut à Ianuario Anti-
polite Ianiculanſve primo, dem
quum

quum abolito ſanctorum nomi-
ne Romani facti ſunt, à Martio
cœperint; Iudæi, divino juſſu à
menſe æquinoctii verni unum
duxerint principium, alterum
Lunare, videlicet in alterius æ-
quinoctii Luna; Græci à Solſti-
tio æſtivo incœperint: opus eſt
videre quum in rotũdo nil ſit al-
tero prius, quínam melius origi-
nem poſuerint. Quum conſtet à
Septentrione ſtare (præter Africę
& Americę juga cum paucis ſub-
antarcticis) terrã habitabilẽ, ho-
minem autem eſſe mundi finem,
uti propter quem eſt factus: cer-
tum eſt propter ſeptentrionis ha-
bitationẽ eſſe factum mundum.
Intelligo ſeptentrionis nomine
quicquid eſt citra æquatorẽ. Prę-
ſtantiſſimè itaque omnium Ianus
ipſe pater mundi, Noachus vide-
licet, conjuncto cum capricorno
aut primo accedẽtis ad ſeptẽtrio-
nes ſolis ſigno nominis ſui mẽſe,

incœpit annum, quo utebantu Romani ante Romuli tyranni dem, ut teſtes ſunt Macrobius & Plutarchus. Moſes divino juſſu oraculo in verni æquinoctii ſi gno incœpit. Antea Lunaris an nus ab Æquinoctio autumna incipiebat, & ſervatur adhuc i uſu Iudaico. Sunt itaque reſpe ctu ſeptentrionis, hoc eſt huma næ habitationis (ſiquidem ter ram ad ſeptentriones poſitar violato naturæ orbe dedit filii hominum Deus) ducenda du principia: Unum Naturę, à prin cipio acceſſus ſolis ad nos, quali eſt annus Regius ſive civilis i Gallia Noachica: Alterum Re ligionis ſive gratię in verni æqui noctii ſigno. Quum itaque ſi Gratia & Forma (licet utraqu de materiæ ſuæ potentia educta nobilior quam Natura & Mate ria, ducam origines Reſtitutio nis cœleſtis ab origine anni gra

tiæ

tiæ, eo quod Chriſtus ipſummet ſuum corpus de religioſæ gentis carne aſſumpſit, ad hoc ut pontificatu ipſius Iudaiſmi ſpreto & terrenæ potentiæ relicto, Melchiſedekianum acciperet de primogenito Noachi, tanquam magis formalem. Forma enim eſt omnino præferenda. Licet enim prima forma pontificia ſit à lege Naturæ inſtituta, & ſecundaria ſit ab eadem reformata ſub Noacho, tamen ipſe temporis author Ieſus in Melchiſedeki primogeniti ipſius Iani ordine, volens ordinem ſui ſummi pontificatus accipere, oſtendit ſibi magis gratam eſſe eam inſtitutionem quæ ſub illius ſummi pontificatus authoritate erat duce Iano poſita, quam vel primam vel tertiam. Poterat enim bene elegiſſe ordinem Sethi, quem Moſis auditores tenent fuiſſe pontificem, uti & Melchiſedek.

Similiter bene poterat elegiſſ
Levi, dicendo ſecundum refor
matum ordinem Levi. Sed volui
ſimpliciter eligere ipſius Sem
ordinem, & approbare conſtitu
tiones ſub ejus authoritate poſi
tas, & maximè illam quæ eſt d
ipſius temporis principio conſti
tuta. Conſtantiſſimis enim teſti
moniis antiquitatis certiſſimun
eſt, illum ipſum Ianum qui in Ita
lia Ataliave primus poſt novi
meſtre diluvium, hoc eſt, poſt ge
nerale habitavit, Ianiculumqu
urbem fundavit, eſſe patrem &
divorum & hominum univerſo
rum, & eſſe Noachum, qui an
tequam ſummum Pontificatun
ipſi Semo ſuo filio ſecundo pri
mogenito reſignaſſet in Syri
ſancta, jam ordinaverat Ann
principium eſſe, quando ſol ipſ
ad Septentrionis partes incipi
regredi. Hoc autem fecit quia &
ſuperioris & inferioris divinatio
n

nis peritiſſimus ſciebat omnino fore, ut hoc principium Anni ſub Regno univerſali ab ejus primo-ſecundogenito, qui eſt Iapetus Atalus, poneretur in rationis limite, ſicut nunc oſtendo ex Coſmographica demonſtratione. Summa itaque authoritas ipſius Iani fuiſſe videtur, quum nondum perſpecta Coſmographię & demonſtrationis ratione, ipſe tamen poſuit una cum primo Menſe à ſuo Occidentali nomine nuncupato primum ſignum, in quo ſol accedit ad univerſæ terræ habitationem, hoc eſt, principium anni naturalis. At in tertio ſigno voluit eſſe providentia alterum principium, medio videlicet limite inter principium Latinum & principium Græcum, eo quod ipſe fons humanæ vitæ, & ipſius redemptor eſt medii virtuoſi, & inter extrema poſiti dux, qui propter Septen-

trionales ſive Aquilonares inco-
las, quibus ea re invidet malefica
Naturæ hujus vis, Satan, totius
Naturæ corporalis curſum inſti-
tuit. Licet enim Autumnus ſit
vernum tempus illis qui habi-
tant ultra æquatorem, tamen
quia ferè nihil habent terrena
habitationis, ideo non meretur
habere ſaltem Solare anni prin-
cipium. Ideo Iudæi quidem ibi
faciunt etiam anni principium;
ſed Lunare ſecūdarium inferius
fœmineũque: eo quod ſicut ver-
num tempus inſtar maſculi ad
extra oſtēdit omnia ſemina quæ
intra terram latebant: ſic Autu-
mnus inſtar fœminæ interius re-
cipit intra ſe, & format intra ter-
ræ viſcera illa quæ ſunt emiſſa in
vere. Ideo Roſs haſſanah apud
eos, quod eſt hoc caput anni, de-
pendet à primo & vernali capi-
te, quod etiam ſicut & nobis ob-
ſervat æquinoctium à ſole &
pto-

propiorem ipſi Lunam, & non poteſt ducere exordium primo, quarto & quinto die, cujus numeri dierū ponendi eſt arbitrium in Paſchæ die, quo incipitur annus verni temporis. Sed ſatis habeo ordinis Melchiſedekiani principia duo poſuiſſe, unum à Ianuario pro anno Naturę, & alterum ab Aprili pro anno Gratiæ. Ideo poſui numeros Latinos pro Noachico patre Latinorum ſive Iano receptore Saturni profugi. Sed pro Gratiæ menſibus poſui characteres priſcos Orientalium, quique recta more Hebraico aut Fœnicio appenduntur à dextra in ſiniſtram. Iudico autem iſtud caput nobilius propter Chriſtum, & eo quod Aſtronomi ob corporis humani regimen etiam à ſigno verni æquinoctii incœperunt ubivis gentium.

De

De duodecim ſignis & ſuis triangulis utrinque protenſis, quaſque fabuloſas imagines attingant.

PRimum itaque & Naturæ & gratiæ ſeſe ipſis ſeptentrionalibus manifeſtantis ſignum est Aries, quem ſi voluerit uſus ut non pro fabula, ſed pro ſignificatione ejus quem loco ſui filii ſacrificavit Abraham ponatur non repugnabo, ut etiam ſignificet illum Arietem qui ſub agni nomine dux eſt univerſi ovilis humani. Nam lubentiſſime ſatagerem ut ſaltem in aliquibus obliqui-orbis ſignis remanere cum veſtigio priſci vocabuli etiam ſubſtituta falſitati melior imo ſola vera ratio. Continet ex parte ſeptentrionis citra Eclipticam lineam ſecundum priſcas tabulas in imaginibus cœli excuſas, Arietis corpus cum

part

parte Tauri, uſque ad 15. gradus latitudinis. Ejus autem triangulus ſeptentrionalis tranſit complectendo ab occaſu Deltotum, pedes Andromedæ cum Caſſiopea, ab ortu Meduſæ caput cum Perſeo, uſque ad Ceſeum, qui prope polum Eclipticæ eſt. Sed in tabulis novis & ad noſtra ſæcula emendatis, primum ſignum habet in eadem parte noſtra linorum ſeu vinculorum piſcium partem cum cauda alterius piſcium, & capite Arietis, & pergit ad ſeptentriones cum ſuo triangulo, amplectens piſcem alterum cum Andromeda, præter pedes, & Ceſei majori corporis parte, veniens ad polum per nodum ſerpentis. Sic fit ut ſignum primarium ſit ferè in loco alterius, ita ut hæc in primo ſigno adnotaſſe ſatis ſit pro correctione imaginum, de qua re antequam
ultra

ultra progrediar aliquantum a
gere visum est.

De correctione Tabularum in imagines reductarum.

EA de re volui, ut ipsi Asteris
mo omnino fabulosis au
quibuscunque aliis imaginibu
spoliato adessent dimensioni
latitudinariæ gradus, ut obser-
vari possent à quovis quantavi
ruditate homine, ea omnia qua
possunt & debent corrigi. posito
enim filo in polo Eclipticæ una
cum unione aut signo libere cur-
rente in eo, est videndum in cor-
rectis tabulis aut in ipso cœlo,
quantum ipsæ stellæ distant au
ultra aut citra æquatorem, au
citra vel ultra Eclipticam: & de-
mū posita ibi unione aut signo
ducendum est filum super gra-
dus latitudinis, ibique signanda
stella est ubi cadet unio. Et sic ex
ipso Asterismo Ptolemæi, & no-
væ observationis industria sunt
col

collocandæ ſuis in locis tabulæ, ut omnino ipſa pictura cõveniat veritati. Si quis autem velit etiam ad Poli mundi, & æquatoris rationes omnia referre, poterit (in quam rem etiam filum intendi, ut in altero polo, volui) ducto in longitudines filo ſecundum 12. Eclipticæ partes, ubi parum erit differentię, & demum obſervata latitudine videbitur quantum ab æquatore diſtent, ſicut quantum ab Ecliptica. Licet enim obſervata Solis declinatione quam poſui in Calendario correcto, poſſint omnia perinde facilè referri in Eclipticam, ſicut in Æquatorem: tamen quia uſitatior eſt modus referẽdi omnia ad mundi polum & æquatorem, volui ad utrumvis referre centrum & circulum. Polus enim in plano inſtar centri eſt. Illud autem obſervatu omnino dignum, quod noſtra tempeſtate differunt
uno

uno & viginti gradibus stellæ, a
eo loco longitudinis ubi eran
Ptolemæi temporibus. Nam
Ruccabah, nauticáve stella Pol
proxima, quæ erat temporibu
Ptolemæi in 10. minuto Gem
norum, est in 21. gradu, & 5. m
nuto ejusdem signi, supputant
doctissimo Schonero. Similite
sequens Ptolemæo in 2. grad. 3
min. Geminorum, est nunc in 2
grad. 25. minut. Similiter prim
Arietis Ptolemæo erat in 6. grad
40. minutis Arietis, nunc apu
Schonerum est in 27. gr. 35. mi
ejusdem signi. Similiter sequen
erat in 7. gr. 40. min. Ptolemæ
nunc autem in 28. gr. 35. min. eju
dem, ita ut sint unum & vigin
gradus differentiæ. Sic videmu
nunc quum hoc 1552. distemu
à Ptolemæo per 1400. anno
(nam 152. anno salutis scripsit
quod singulis 66. annis & act
mensibus retardetur cursus ste
larum

arum fixarum uno gradu. Quare magnus annus jam ante 5552. annos inceptus, erit post viginti & quatuor millia annorum cum 40. plus minus completus. Sed est valde mirandum de illa summa gloria Alfonsina, nolo enim dicere Hispanam, quæ ad omnes non pertinet, quod suas æras noluit à Ptolemæo, cui omnia debet, accipere, quia potuissent esse multa correcta si hoc fecisset. Sed nos hæc expectabat observatio. Falsum itaque sit necesse est, quicquid aliter de tempore & retardatione stellarum fixarum est observatum aut scriptum. Summa enim veritas sit filia tẽporis necesse est. Nam nulla Chronologia est vera & inconstantia omnino carens, præter eam quæ sub Rege Iudæorum observata est. Nec est omnino integra, nisi ex quo est natus Rex Iudæorum. Nam ante

illius nativitatem in veteri testamento fuit abrupta post captivitatē Babyloneam, ita ut sit summa difficultas in ea, nisi per consules aut per olympiades adjuvetur sacra successio. Quod itaque à me supra notatum est de uno signo, illud ipsum opus est observare in singulis signis, ita ut singulæ stellæ fines orientis uno & 20. gradibus magis petant, quam Ptolemæi temporibus.

Prosequutio signorum.

MEridiana pars signi primi cum nodo linorum ligaminísve piscium, continet partem Ceti secundum veritatem & inde ad polum suum australem pergit per Balęnæ ipsius corpus, habens stellam primæ magnitudinis quæ est in fine fluminis, quam ea de re Arabes Acharannehar dicunt. Sed prisca ob-

serva-

ſervatione habebat partem Arietis poſteriorem & Tauri cum pedibus primam, cum ſuis ſtellis in ſignorum ventre & pedibus poſitis. Ita ut triangulus Meridianus habeat medium flumen Eridanum cum ſuo flexu duplici. Sic eſt cõpletus primus duangulus, continens ipſum quadratum ſigni primi cum ſuis duobus triangulis.

Secundum ſignum, ſeu Tauri.

IN emendatis imaginibus continet Arietis tergus & capitis obverſi maximam partem, ſimiliter tergus Tauri cum Pleiadibus, ut dictum eſt jam in primo ſigno, alias ex Ptolemæo continet quicquid eſt in præcedenti. Si quis autem velit hanc Bovis figuram pingere pro forma oblati in lege vaccini animalis, aut pro illo Tauro vel bove quem

ajunt Mosis auditores ipsum Adamum hominem primum sacrificasse, erit ea memoria digna conservatione æterna: ut & ea Bovina figura, quam in secundo Mercavæ seu quarto animalium pede posuit Iechezkel, nos secundo Evangelistæ applicare solemus. Triangulus correctus tenet ab occasu deltoton seu triangulum cum Andromedæ pedibus. Ab ortu Gorgonis caput cum Perseo & Cassiopeæ parte. A meridiana autem parte, quæ sunt attributa primo meridiano triangulo. Sic planè ex numeris sunt omnia reponenda.

De tertio Geminorúmve signo aliisque signis Zodiaci.

SI Geminorum vocabuli significationem accipere vellemus pro illo necessario geminorum partu quem constat in Iaacobo & Esauo fuisse, bene haberet

pro divini facinoris memoria. Sed quum quævis figura poſſit ibidem aptari, parum refert, ut & de ſequentibus ſignis. Nam præter Leonem & Virginem nulla poſſent in ſeriam ſignificationem trahi. Noſtro autem ſæculo in Aquilonari Geminorum parte eſt pars capitis Tauri, cum pedibus Erichthonii Aurigæve, cum frenis & lacteæ viæ curſu. ad meridiem ſunt Hyades ſucculæve cum manibus Orionis ad pedes primi Geminorum, cum ea quæ Propus dicitur. Triangulus Septentrionis habet Aurigam, cum ſtella polari ſive cauda Urſæ. Ad meridiem autem triangulus habet Orionem cum Lepore & parte fluminis. Alioqui in Ptolemæo ſunt ea quæ in Tauro viſuntur in Geminis.

De Cancro.

SI Cancer ideo dicitur ibi esse quod redeat in contrarium Sol, non esset improbanda ratio figuræ, sed in Capricorno esset etiam regressionis signum notandum. Est in Septentrione Geminorum constellatio ferè tota cum duabus Cancri stellis, triangulo per Ursæ majoris caput transeunte ad radicem Ursæ minoris. Ad meridiem cum pedibus secundi Geminorum & viæ lacteæ parte, caudæ cancri in signo est, sed extra signum in triangulo sunt duo Canes, minor & major, clarissimo minores sydere. Medios intersecat via lactea. Alio-qui sunt præcedentia.

Leo.

VT est animalium nobilissimum Leo, ita summum communiter habet vigorem in

eo

eo ſigno Sol, non ratione ſyderis, ſed ob aſſiduitatem verſus noſtram plagam inſiſtendi. Hoc autem falſo Syrio ſeu caniculæ adſcribunt, quum ſit eadem majoris æſtus ſub Leone ratio, quæ eſt ardoris quotidiani majoris ſub horam primam & ſecundam quam in meridie. Si aptetur hæc imaginatio ad Leonis ſimilitudinem propoſitam in prophetis, maximè in Ezechiele, bene habet. Aquilonaris ſigni pars continet cum capite cancri anteriorem partem Leonis, & in ea cor Leonis quæ Regulus dicitur, & cum ſuo triangulo pergit ad polum per quatuor clariores ſtellas Plauſtri ſeu urſæ majoris, perque Serpentis caudam & duas claras Urſæ minoris. In antiquis autem quoque eſt uno & viginti gradibus magis occidentale. Auſtralem partem tenet hydra cum capitis parte & chela cancri &

pedibus primis Leonis. triangulus autem habet anteriorem partem hydræ cum Argo navis majori parte. Olim ut ſupra 21. gradibus anterius.

Virgo.

LIcet quovis modo ſumpta ſignificatio Sacroſanctæ virginitatis, poſſit eſſe aptiſſima; nulla tamen revera eſt ſignificatio quæ in celebriori memoria ſit habenda, quam ejus virginis generalis quæ in perpetua virginitate loco Evæ univerſitatis membrorum Chriſti mater eſt, deſtinata videlicet ut omnia ad Rationalis æquitatis lancem ſive libram deducat. Spicæ enim myſterium habet omnium ſeminalium potentiarum ſignum Aquilonaris pars habet poſteriorem partem Leonis & primam Virginis intra ſignum. Triangulus autem ejus continet cum ſo-

lita-

litaria ſtella tres illas quæ ſunt in cauda Urſæ majoris cum manu Bootis. Ad meridiem cum pedibus poſterioribus Leonis attingitur crater hydræ innixus, pergente triangulo per craterem & hydræ medium ad uſque Argo navim. Veteres 21. gradibus anterius.

Libræ diſpoſitio.

Libra poteſt aptiſſimè naturæ ſignificare æquilibrium, eo quod tempus æquinoctii autumnalis limes eſt inter apparentem & latentem naturę partum. Nam fœmineæ inferioriſque naturæ ſemina intra ſe condentis tempora ſunt Autumnus & Hyems. Si ſummam, quæ debet regnare, Rationis naturalis æquitatem notabit, ut lunare & inferius mundi opificium Divinæ authoritati intra nos extrinſecus advenienti conformetur, erit

aptiſſima ſignificatio. Pars Aquilonaris habet Virginis corpus, & nil plane de Libra. Triangulus habet Booten cum aliquot ſtellis Serpentis. Ad meridiem eſt Spica virginis cum Corvo fere intra ſignum collocato trianguli aut Auſtralis limes per Hydræ caudam. Centauri poſteriora & viam lacteam remotiſſimè à nobis diſtantem continet.

Scorpius.

QVid de venefico ſigno dicam non habeo, niſi ſit ejus maleficæ virtutis & condemnatiſſimæ horrenda & execranda memoria, qua eſt factum ut in contrarium ſui curſus ordinem non ſolum mundus omnia converterit, & optime nata peſſimè diſpenſaverit, ſed in cauda & fine ſuo (ut voluptas ſolet) venenoſiſſimum aculeum ſervet. habet in ſigno boreo Libram cum chela

a una Scorpii, in triangulo autem partem Serpentis Serpentarii que cum Corona & Herculis parte ad caput uſque Serpentis alterius. eſt ad meridiem Centaurus cum ſua fera & parte anteriore ad viam lacteam pertingente. Olim 21. gradibus magis occidua.

Sagittarius.

NEc mihi ſatis conſtat quid fabulæ huic ſupponam, niſi aptem ejus ſigni effectum ſagittæ, id eſt vehementiſſimæ emiſſionis Martiæ, ſeu violentæ potentiæ, quæ ab hoc ſigno in orbem terræ infunditur ob primæ triplicitatis conſortium igneum & vehemens. Sed de hac re alias. Aquilonaris ſigni pars hodie habet pedes Oſiuchi cum ſtella arcuaria, triangulus ipſum Oſiuchum una cum capite parvæ viæ lacteæ, & Herculis majori parte per

per medium Serpentis caput a
polum venientis. Meridiana pa
occupatur à Scorpione, via la
ctea, & Sagitta cum Ara in medi
via lactea posita. Eadem omni
olim 21. gradibus citeriora eran
sum enim occiduus.

Capricornus.

SIt mihi hic caper mitti in Ara
zel olim solitus, ut maligna
cederet potentiæ, ad hoc ut in
de bonum illud accessus solis a
nos oriatur, unde summum re
cessus ejus malum procedebat
Sic enim est omnino futurum
Ideo signum istud Ianuale vo
care decrevi, eo quod cum pri
mo quadrat mense Iano univer
sitatis parenti dicato. Ab Aqui
lone habet intra signum capu
Sagittarii, & Capricorni cornua
in medio transeunte via lactea
Hinc ad polum nostrum pergi
triangulus, per viam lacteam i
su

na divisione capiens Aquilam, agittam, Vulturem qui & Lyra. neridianam partem intra signũ ccupat Sagittarii corpus, inde riangulus ad polũ per reliquum agittarii & per Coronam vadit. Omnia 21. gradibus olim erant iteriora.

Aquarius.

HOc signum esse illius malim qui assiduam vitæ aquã obis ad februationes nostras obis cœlitùs demittit, quàm ujus fabulosi, donec omnia in neares figuras reducamus. A arte nostra cum tergore Capriorni, & brachio Aquarii una um humero & capite signũ perıcit. Hinc triangulus pergit ad olum per duos Equos, Delphia, viam lacteam bifurcantem, & Cygnum. Meridies in signo habet caudam Capricorni & pedes Aquarii. In triangulo autem Delphinum meridianum.

Pisces.

Pisces.

LAudabo ut ſint illi duo pi-
ces quibus 5. millia homi-
num ſatiavit Chriſtus, ſi quis æ-
lic figuras vivas quam Geome-
tricas vel lineares pingere ma-
lit. Cæterum aqua cum mare
Hydrochoi & primus piſcium
occupant ſigni quadratum, Tri-
angulus complexus Pegaſi cor-
pus, viam lacteam, cum Cygni
cauda pergit ad polum, attin-
gens Cefei manum. Ad meri-
diem attingitur à ſigni quadrato
una cum Aquarii fluvio aut aquæ
fluxu, cauda Ceti. Hinc trian-
gulus ſtellis vacuus ferè pergit
una cum cauda Ceti & aquæ
curſu ad ſuum polum. Olim
21. erant occidentaliora om-
nia.

De significationibus quum stellarum omnium, tum maximè signorum duodecim.

HOc saltem Solem & Lunam virtutis habere, ut ille sit caloris, hæc autem humoris vitalis dux, si quis velit negare, ille manifestæ rationi repugnabit. Deinde quòd vehementia quædam corporum à vi Martis, pigritia à Saturno soleat immitti, id est etiam clarissimum. Quod Iupiter, Venus & Mercurius sint corporibus faustiora, hoc satis constat. Sed quum non sit nobis propositum de ipsis erraticis planetisque dicere, nos ad ea generalia quæ duodecim signa efficiunt convertemus, potissimum ea dicturi quæ ad primam pertinent triplicitatem, eo quod est omnibus aliis partibus dominatura. Tria itaque sunt signa in toto cœlo potentissima, Aries, Leo, Sagit-

Sagittarius, sive primum, quin
tum, nonum. Et ea de re Igne
triplicitas, uti omnium victrix
est nominata. In primo enim e
virtus albæ vitæ, sive Cerebri &
capitis, unde sensus & motus. I
quinto Cordis & vitæ vitalis na
turalis animalis rubra orig
fonsque sanguinis. Tertium i
triplicitate, quod nonum est, ra
dici motus localis & progressiv
pro basi datum est. Sic sunt tre
primi articuli vitæ à Deo his tri
bus signis concessi in singulis ho
minibus. Facta autem quadru
plici universi divisione supe
Chaldææ Babyloniæve meridia
no, quadrans ille qui ad Cauro
seu Magistralem ventum, ut vo
cant, pertinet, & excellentiam
totius mundi continet, primu
in ordine est, & continet illorum
trium signorum virtutem. No
mine autem generali Celtarum
vocant antiqui, Ptolemæo test

qui in hac re planè cõſentit cum Ioſepho graviſſimo authore. Iapetitas enim in ſua parte in diviſione orbis accepiſſe hanc partẽ quæ poſtea Europa dicta eſt à fabulatoribus, affirmat. Primos autem totius Europæ incolas Celtas ſive Gallos fuiſſe, adeo in Romanæ veriſſimeque hiſtoriæ monumentis certum eſt, ut etiam ipſi Umbri & pluviis diluvii generalis ſuperſtites, & ipſi diluvio conjuncti, ſe eſſe Gallorum Celtarúmve genus glorientur & probent. Ideo convenit hoc ſoli Celticæ genti, ut ſub tribus illis ſignis ſpecialem influxum habeat. Sed particulares regiones ſunt ſingulis tribus aſſignandæ.

Quæ ſubſunt arieti primóve ſigno.

IN orientali influxu, qui prior & nobilior eſt occiduo, uti maſculus fœmina, eſt Iudæa, Paleſtina, Idumæa, & Cœleſyria. Inde factum ut primus locus ſacer ſive

religiosus ibi sit, origoq; & basi
potentissimæ religionis inde fi
orta, quę ex eo tempore toti ter
rarum orbi imperat, & cum Pon
tificio magistratu regnabit in æ
ternum, donec ejus authori to
tus orbis pareat. Ea de re pro se
curissima possessione illam oc
cupaverat suis quartogeniti
Cham, tanto stabiliendi Regn
cupidior, quanto magis erat ex
hæredatus. Inde ab Abrahmani
bus Canaanei sunt dispulsi, do
nec ibi in propria venerit Re
Iudæorum, alioqui universi do
minus & religionis potestatisq
æternæ author. Elegit enim ib
caput Pontificii dominii, sicut i
toto homine caput maximè si
mile est Deo, & illi proprium o
sedem Rationis. Ideo electio
vocatio Abrahami ibidem fuit e
Chaldæa, ut per gratiam Rest
tueret & confirmaret Natura
cœlestis actionis divinitus inst
tut

tutæ. In Occidente habet Galliam, Britanniam, Germaniam, Baſtarnas, hoc eſt, generaliter omnes Europæ populos, qui neceſſario à Gallis orti ſunt, eo quod antiquiſſimi populi totius Europæ, & ſuprema literarum memoria celebres Umbri, diluvio cõjuncti ſunt Gallorum propago, ita ut ſit æternum humani generis nomen Gallicum, aut ſaltem medio in diluvio natum. Britanni itaque & Germani & Baſtarnæ & omnes occidentis populi ſint à Gallis orti neceſſe eſt, poſtquam illi qui ſunt vel mille annis ipſis antiquiores, & fideliſſimis literarum occiduarũ monumentis celebrati, à Gallis Celtíſve ſuas origines agnoſcere coguntur. Nam & Brutus origine Umber fuit. Germani autem ob morum corporumque ſimilitudinem, Gallorum dicti ſunt fratres germani. Quare neceſſe

eſt ut ſicut una cum Religion
æterna Pontificatus authorita
in Syria ſancta nata eſt duce pri-
mo Capitalis ſigni aſpectu, ſic ſub
occiduo & ſecūdo ejuſdem ſign
influxu una cum civili ſeu tem-
porali potentia æterna, Regn
Ratio in ea regione baſim po
nat, in qua & hodie agunt, & ſu-
prema memoria literarum olim
habuiſſe primas ſedes Galli le-
guntur. Siquidē aut ad illos, au
ad eorum Epigonos influxus per-
tinens, neceſſario eundem in tē-
poralibus effectum faciat neceſ-
ſe eſt, qualem videmus ex trium
millium annorum decurſu factū
fuiſſe in Religioſo ſive Authori-
tativo Maſculinóve jure Divina
legis. Siquidem Fœmineam In-
ferioréinve & Secundariam po-
tentiam æternam Sacræ & Reli-
gioſę vindicem adeſſe in brachio
ſeculari neceſſe eſt, ex ſecundo
iſto aſpectu, ut in hac reddantu
omni

omnia Cæſari ſive Regi ab æterno ordinato, ſicut redduntur omnia Deo. Hic autem ſecundus & Fœmineus temporalis effectus ſit tanto ad ſuam executionem paratior & expeditior neceſſe eſt, quanto eſt aſpectus fortior in occidente quam in ortu. Nam Celtæ ſive Galli ſunt & ſub Ariete cum capitis virtute, & ſub Leonis aſpectu cum cordis viribus, & ſub Sagittario cum motus progreſſivi principiis, ut totus triangulus agit in Celtarum regionem. Nam licet Leo etiam Fœnicem reſpiciat, quæ pars Iudææ eſt, ut in hoc cum Ariete conſentiat, tamen Sagittarius in eam non influit. Iupiter autem qui dicitur Zedek, hoc eſt Iuſtitiæ ſplendoriſq; ſignum, & Mars qui Maadim, hoc eſt violentiæ igneæ ſydus, dominantes, ille potiſſimum ſpirituali & Pontificiæ, hic autem temporali, & in-

feriori potentiæ, dominantur in hac Triplicitate. Unde factum est, licet non sit adhuc deducta de potentia in actum Monarchia Gallica, tamen nullius alterius gentis quam Gallicæ viribus sit summa spiritualis potẽtia in Ecclesia Christi conservata & defensa, & inde est factum ut quisquis fecit aut quovis modo obstitit ne jam ab octingentis annis Monarchia fuerit in Gallia, ille & divino & cœlesti & humano decreto sit inter perduelles Reip. Christianæ habendus, & contrarius Regi Iudæorum æstimandus. Eo enim tendit cœlum.

Quæ subsunt Leoni sive quinto signo, & in triplicitate secũdo, quoque sint effectu consummanda.

ORientali aspectu fovet Orchenios Orchenósve Chaldæorum philosophorum populos, regionemque ad sinum maris Persici pertinentem, unde eorum

rum doctrinæ in totum orbem terrarum pervenerunt, & in secundo post sacram doctrinā loco sunt positæ, & tanto in honore habitæ, ut Rex Iudęorum voluerit à doctrinę cœlestis Orcheniæve professoribus Astronomis, Magísve ex Tharsensi regione juxta Seres posita advenientibus, manifestari, priusquam à suis, ut eorum occasione etiam innotesceret Romanis non levi sed constantissima fama, idque non semel sed crebro perlata, obориturum ex terra Iudæa hominem, qui modo omnino præstantissimo, Imperio totius orbis terrarum potiretur. Hic fuit summus Astronomiæ seu veræ Magiæ effectus à Deo præordinatus, ut etiam Romani essent, si illum Regem Iudæorum non cognoscerent, inexcusabiles. Demum ipsos Chaldæos & Assyrios aspicit illud ardentissimum cordis

Leonis ſydus, unde Monarchiarum oriẽtalium vis & origo ſucceſſuſque, qui inter ipſos Chaldæos, Aſſyrios, Babylonióſve primo, magnam quidem illam ſed tamen infantem adhuc in inferendis damnis Monarchiam habuere 1300.annis. Inde ad Medos & Perſas traductus ſucceſſus pervenit ad Græcos, nec priùs agitari deſiit, quam ad Romanos res ipſæ pervenere. Sic enim erat alter & occiduus influxus, ut in Italiam ſummo & finali effectu veluti in quarta & ſenili ætate Monarchiarum ſatanæ transferretur. Hac de re Noachus ſapientiſſimus hominum, in Babylonia ſeu in Hur Chaldæorum videns occupatam à Nemrodo tyrannidem, & ſciens inde ad Phœniciæ influxum vocandũ Abrahamum, in ipſa Phœnice inſtituit Melchiſedek ſummum æterni ordinis ſpiritualis Pontificẽ filium ſuum
ſecun-

ſecundoprimogenitum, ipſe autem in ipſa Italia fixit æternæ ſedis Temporariæ Baſim pro Gomeri primogeniti filiis, ubi factus eſt ſecundus inferior Temporalis Civilis & Fœmineus locus ſacer mundi, nunc ratione toti mundo demonſtrandus. Et ſic concurrit pro Gallis cum primo ſigno, ut ſit omnino neceſſariũ deſtructa ibi Babylonis quarta potentia, conſtitui & reſtitui ibidem ſedem eorum populorũ qui etiam Umbrorum ſeu Gumbrorum parẽtes ſunt. Ideo Chriſtus, qui eſt Abrahami Babylonici ſemen, reprobata ejus in Syria ſancta ſede venit Romam ponere eandem ſedem ſummi pontificatus, quam uni illi dederat qui erat unus ex duodecim & eſſet ſuos fratres paſturus Petrus.

De Sagittario.

IN ortu Arabiam habet, quæ abolito in Oriente Abrahma-

num legitimorum imperio pe-
perit mundo Iſmaelitas vario-
rum generum, ſed clariores lite-
ris nullos habuere ſucceſſus quā
in Hiſpania, ubi eſt alter ejuſdem
ſigni influxus. Tanti fuit unius
Abrahami ſanguis etiam illegi-
timus. Sub ejus enim quamvis
falſæ religionis dominatu hodie
ob Iſakitarum pigram diſpoſi-
tionem, tota ferè Aſia, Africa, &
tertia Europæ pars eſt conſtitu-
ta. Sed quid erit legitimum im-
perium, ſi tantum eſt illegitimũ?
Occiduus influxus eſt ad duo-
rum ſuperiorum confirmationẽ.
Nam præeſt Tuſciæ ſive Eturi-
tuſciæ, quam Tyrrheniam aut
Tuſcaniam dicunt, in qua regio-
ne eſt Umbria, & quicquid circa
Tyberim eſt. Ea ratione olim
antequam contentio de regno
faceret ex una civitate duas,
nempe Ianiculum & Saturniam
ex una Antipoli, erat ſumma pax

in eo loco, qui instar omnium civitatum mundi, mille annis antequam Romulus vetaret id nominis proferri toti mundo, sub patris Iani obedientia erat. Hîc primo nomẽ Gallorum fuit impositum soli Gomerorum aut Gumbrorum vel Umbrorum familiæ, quum alioqui totius esset orbis. Sed faciamus nos nescire Astrologiam, & ab effectu judicemus. Est omnino necessarium ut illi populi, Patria, & gens, quæ primo in toto orbe legitur & nomen habuisse & jus, & ad quam devolutum est quicquid summæ literaturæ, authoritatis & potentiæ fuit, ut alibi demonstravi, illa omnino & sub primo cœlestis influentiæ cursu sit, & ut universi Potentiæ in ejus jura concedant Rationali & primo jure mundi. Sic est in fatis.

Humana Ratio pro cœlestium rerum confirmatione necessaria.

ESſe in ea conſtitutione res Chriſtianorum deductas, ut licet ex decem partibus orbis vix ternas in libero teneant dominatu, tamen illas eſſe univerſo orbi jus dicturas, facile quiſquis uſu rerum humanarum aliquo polleat, judicaverit. Sunt autem omnino reductę intra primę triplicitatis limites. Nam licet multitudine gentium & amplitudine poſſeſſionis polleant Iſmaelitæ, ita ut revera 14. annos aut 13. ſaltem videantur in omni ratione multitudinis & latitudinis habere contra unum ipſorum Chriſtianorum ſive Iſaakitarum, tamen & pietate qua victoriarum largitor conciliatur Deus, & ſcientia tam literarum quam rerum bellicarum uſque adeo ſunt ſuperiores, ut nullum ſit dubium quantovis diſpendio comparatã victoriam ultimam penes nos fore, ita ut non tantum corpora,

ſed maxime animos ſimus Rationibus ſubacturi. Quum enim Deus & Natura nil faciant, aut in appetitu naturali nil imprimāt fruſtra, eſt omnino neceſſarium ut penes eos ſit futura victoria, qui duce ratione cujus uſum ſicut & cognitionem omnes appetunt, ſuadebunt, & divini & humani juris uſum reducent, compellendo ipſa ratione duce omnes ut intrent adConvivium univerſalis politiæ. Quod ſi res ita cedet (nam providentia ob arbitrii humani conſervationem nil coactum præfinit particularibus) ut ſine abIſmaelitis caſtigatione, & vehementi ad Imperium arripiendum colluſione aut colliſione potius, res deducantur adMonarchiam, ut omnino neceſſe eſt fore, nullo unquam alio in populo poterit duci principium quam inGallia. Quum enim jam totis ſexcentis annis videamus

ſolã obſtitiſſe Galliam, eo quod (ut divinitus in decretis Eccleſiæ præſcripto ſancitum eſt) non eſt ſub Imperio, ne poſſet revera eſſe ſicut dicitur Imperator, & ea de re ſummis Chriſtianiſmi viribus, totis quingentis immo fere jam ſexcentis aggreſſam, concuſſam, oppreſſam, & quovis oppreſſionis genere laceratã Galliam fuiſſe cernamus, ut ipſa agnoſceret Imperium, eſt omnino impoſſibile ut alibi quam in Gallia illi obſiſtente naſcatur Monarchia vera & actu realis. Sive itaq; ipſi Coronæ Gallicæ affines, & veri Gallicæ legis conſeruatores, tantum proficient, ut ipſi ad Imperium perveniant, ſive aut ſocordia, aut quovis alio impedimento, iſtis ceſſantibus, tamen ut res in Gallia ipſa ortum ducat neceſſe eſt. Nec enim Germanicus Electoriúſve aut quacunque alia via in Chriſtianiſmo electus vel

in-

intrusus Imperator unquam & esse & haberi poterit, priusquam Galliæ obedientiam in sua jura traxerit. Divina enim virtus, in Noachi benedictione data suo in Temporalibus Primogenito, tanta est, ut sit omnino necessarium, consensu populi illius qui ab eo descendit Imperium & Concordiam universalem nasci. Nec est in principum Sanguine hoc juris positum, sed in Reip. Gallicæ solius Consensu tam in Gumbriæ quam in Gallię finibus futurum. Inde videmus quam merito dicantur ab antiquis tria igneæ Triplicitatis signa incumbere in Gallias. Sic enim ratione humana duce (etiamsi nec sacrũ, nec cœleste, nec humanum pro suæ primogenituræ jure decretũ haberent) videntur Gallicæ res esse constitutæ, ut sit impossibile alterius populi consensu & votis formari, fundari & defendi Imperium

perium verum & Monarchicum, quam Gallici. Nunc autē quum jure Divino, cœlesti influxu, humana sanctione confirmetur hęc ratio humana, in sensu & experientia omnium constituta mortalium, est omnino colligendum quod sit impossibile aliis quam Gallici populi viribus consensuque nasci Imperium verum. Est itaque necessarium ipsi Cæsari Germanico, si (quod avertat Deus; Nam filii imperarent patribus) vellet ad verum, & non tantum Titularium Imperium pervenire, ut Rex Galliæ fiat, dicatur, habeatur. Nam æterna dispositio hac de re universalis Monarchæ dignitatem in sacris nomine Regis & ejus qui est populi Basis aut factor procuratorque & non imperator, vocari voluit. Hic nervus rerum totius mundi est. Nam Lusitania, Anglia, Polonia, & Moschovia, atque si quid
est

eſt inter Chriſtianos Romano aut Germanico imperio nondum ſubjectum, ne ad momentum quidem duraret ſi imperator Rex Galliæ eſſet, aut ſi, quod eſt ut facilius ita expedientius, & magis prædeſtinatum, Rex Galliæ eſſet imperator. Hæc eſt non ſolum cœleſtium influxuum, ſed multo maxime diviniIuris & humanæ cujuſcunque conſtitutionis deciſio, ita ut mundus inferior, cœleſtis & ſuperior (ſicut alibi ample tradidi) cum ipſa conſentiant experientia, in cujus rei fidem imagines cœli, Gallico juri in toto orbe quandiu mundus durabit inſervituras, ſine fabulis reſtituere volui.

Finalis rerum cœleſtium uſus & ſatisfactio.

AD id comparatam eſſe ſummam veritatem duce natura à nobis cognoſcibilem, ut per eam deveniatur in divinæ diſpoſitio-

ſitionis & voluntatis cognitionem, certiſſimum eſt. Sicut itaq; Deus olim verorum & non improborũ Abrahmanum ſive Magorum (qui ſunt Orientis & Abrahami filii, ex concubinis nati, ut & filii Iectani, filii Heberi, filii Semi ſeu Melchiſedeki) ad hoc approbavit ſcientiam, ut in qua Ioſeph, Moſes, & Salomon laudabiliter excelluerunt, ut finaliter ſerviret ſummæ veritati Divinæ, quæ eſt AGNITIO VERA REGIS IUDÆORUM, ſic opus eſt, ut illius ipſius doctrinæ veritas eo ſit comparata, & in hanc uſque diem ſervata, ut rurſus, illa cum divinis & humanis legibus duce, AGNOSCATUR VERUS CÆSAR, ipſius Regni aſſertor. Quum enim ſit neceſſarium utrunque, & ut Deus verus in Chriſto, & ut verus & ab æterno ſub Deo pręordinatus Rex cognoſcatur, ne poſſit uſpiam

aut Idololatria, aut Tyrannis veluti jure avito regnare, eſt omnino neceſſarium ut Cœlo, Cœleſtive doctrina ſuffragante, hanc Dei, alioqui obſcuram, voluntatem cognoſcamus, ut vero Deo & non alteri, veroque Cæſari & non alteri, quod ſuum eſt reddamus. Finis itaq; Apoteleſmatum Cœli in hoc eſt, ut demonſtretur in Gallica gente eſſe ſummum jus mundi, ad Divinum Cæſarem ex ſuo Rege cõſtituendum: ita ut pro aſſerẽdo in mundo Monarcha Rege ſuo, tãquam pro ipſo deo ſint illi in ſpem æternæ vitæ omnia ſuſtinenda patiendaque. Quod autem aliqui in poſterum ſint forſan agitaturi meam de obſervatione ſtellarum ſententiam, quod non conveniat cum obſervatione Appiana, non admodum laborabo; quum ex ipſo Almageſto aut magna conſtructione Ptolemæi exemplari

Veneto

Veneto illam acceperim, & cum tabulis Alphonſinis ad noſtra tẽpora repoſitis correctiſque, una cum Schoneri, Syrigatæ & Albategnii obſervatione contulerim, & rationem illam interim ex veriſſima tẽporis ſub Chriſto tranſacti ſupputatione. Certiſſimum autem eſt Ptolemæum olim falſiſſimam temporum rationẽ habuiſſe, ita ut in ejus ſupputatione à Nabonaſſaro ad Alexãdrum ſint 150. anni erroris, cujus tamẽ obſervationi multi conſentiunt. ipſi viderint. Non eſt mihi ſcopus finalis niſi in detractione rerum fabuloſarum à Cœleſti doctrina, & in veriſſima ſummi Apoteleſmatis Cœli demonſtratione, quã ex Authoritate doctrinę filiorum Orientis & Ægyptiorum, & Gręcorum, & Chaldæorum adfero, eo quod veritatis teſtimoniũ aut ab inimico, aut ab eo qui illum, de quo laudabilia & optãda ſcribit,

bit, ignorat, certiſſimum & irrefragabile omnino eſt. Hoſtes Gallici primique nominis, ſunt Græci. Nullus Orientalium aut Ægyptiorũ, Gallus erat, ut poſſet in ſuis Aſtronomicis ſcribere aut gratificando dicere, totius primę Triplicitatis Cœli influxum in Iudæam gentem mundo exoſiſſimam & in Galliam Celticámve gentem potiſſimum tendere. Eſt autem hoc toto in orbe traditum cõſervatumque, quod ſuaſiſſe ſatis habeo, alioqui omnino, quid de meis obſervationibus judicẽt egregie contempturus, & ut meliora dent expectaturus.

Sed omiſſa ſatisfactione, quæ non eſt neceſſaria: ad finalẽ cauſam contendendum eſt. Nam mihi authoribus omni exceptione majoribus, contra falſam Appiani obſervationem conſtat. Gemma enim Friſius in globorum ultima editione, Albategnius in ſua obſer-

observatione, Syrigatus in suo diario Asterismóve de ortu & occasu signorũ, ipse Schonerus, qui instar multorum est, observatio super Alphonsum, & ipsa experientia docet, quod jam ab anno 1500. erant stellę 20. gradibus & 12. minutis orientaliores quã temporibus Ptolemæi: unde 66. annis fit gradus unus. Quare fieri nulla ratione potest ut 100. annis uno tantum gradu moveantur.


Postrema Ratio.


SAtis autem sum habiturus hæc addidisse, quod præter illa Primi Apotelesmatis effecta, quæ sunt à me in opere de literis Phœnicum, & in opere de Monarchiæ jure emissa, hoc unum est maximum: Quod Consortium illud in quo merito à nomine Iesu nomen habent, quo duce totus Oriens in maritimis est ad fidem Christi fere jam conversus, non potuit etiam sub homine Hispano ibique sanctissimis opibus claro alibi quam in Gallia nasci. Eo vero duce, admirabilis illa Christianæ politiæ Ichnographia, quam propediem in lucem sum, postquam mei Proteuange-

lii emiſſio ex Germania prodiit, publice expoſiturus, eſt Chriſtianis occiduis in orbis concordiam manifeſtata, in qua res dictu, ſed magis auditu viſuque mirabilis cognoſcetur in æternum: Quod licet nec de Chriſto, nec de Maria virgine matre, nec de Evangelio quicquam unquam ſe accepiſſe ſciant aut fateantur, tamen excepta Idololatriæ omnia devaſtantis opinione, ea omnia, quæ olim inter Chriſtianos obſervata & juſſa ut maxima parte ſunt, inter ipſos obſerventur. Licet autem ob regni æterni occaſionem, illud idem mihi Romæ inter patres in Gallia primum & Pariſiis in nomine Ieſu congregatos contigerit, quod inter ipſos Apoſtolos Ioanni Marco, poſtea Evangeliſtæ, contigit, ut videlicet ipſe tanquam externus à regno Dei actuum 15. repudiaretur à Paulo, eo quod ab eo in Pamphylia diſceſſiſſet, actuum 12. tamen ſum certiſſimus non tam ratione Cœleſti quam Divina, fore ut in Ieroſolymitani Regis gloria promovenda nunquam ceſſatura ſit utravis pars. Nam licet in opere practico, ut vocãt, ſint in extremũ uſq; orbem ſummi, & longe in promovendo Chriſti Evangelio, ſi vita neſcio, certè in docendo, locorum intercapedine, Apoſtolis ipſis ſunt æquales, tamen ego in opere Theorico & Doctrinario nolo eſſe ſi potero

vel ipſo Marco ante reprobato inferiori cui in ſuo Evangelio addidi, non à me, abſit, ſed ex Græcis vertendo (quid tum agerem in hunc finem incogitans) Coronidem; & Evangelii Iaacobi fratris domini filii Ioſephi contextum, ad Ioſephi illius putativi patris Regis regum & ipſius Regis virginiſque illius matris memoriã, ex Orientali Eccleſia adjunxi. Hoc vero quicquid fuerit, certè in Galliæ Apoteleſma referetur. Tanti eſt Iapetus, Gomerus, Samotes, Drius, Saron: Tanti Cæſar Imperator, Conſtantinus Chriſtianus, Clodoveus Victor: Tanti Caroli magni Corona, nominis Chriſtianiſſimi gloria: Tanti ſucceſſus Magdalenæ, Marthæ, Lazari, Marcialis, Ceſæ, Dionyſii receptio: Tanti Æternæ fidei conſervatio, ſummæ Authoritatis & ſcientiæ ſummæ clavis conceſſio & verus uſus: Tanti demum & ordinis in toto terrarum orbe ſummi origo & prima pœnitentiæ Ignatianæ acceptatio, inque totum orbem terrarum ſui conſortii & vivi radicum Galliæ tranſplantatio. Tantus demum & incogitantis Portus Galliæ cum ſua prima origine conſenſus. Tanti eſt æterni Regni in terris compoſitio & Reſtitutio. Sic, ubi fata urgent, & divina cœleſtibus humaniſque conſentiant neceſſe eſt.

FINIS.





4/-

159

